



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

Lib. III. De Iustitia, Iure cæterisq[ue] virtutibus cardinalibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

LIBER TERTIVS.

Continet Sectiones quinque.

SECTIO I.

De virtute Morali generatim.

Virtus hominis dicitur ea dispositio, qua
& ipse bonus, & propria eius operatio
bona efficitur: quemadmodū oculi vir-
tus est bona videndi acies, ideo oculus
dicitur bonus.

Virtutes aliæ sunt intellectuales (perficientes ho-
minem in cognitione veri, videlicet ars, sciētia, pru-
dentia, sapientia,) aliæ sunt mortales (perficientes
hominem in affectione ad bonum honestum, vide-
licet iustitia, fortitudo, temperantia, quæ magis pro-
priè virtutes: aliæ scilicet intellectuales solum dicun-
tur secundum quid, quia licet v.c. Rhetorica præ-
beat bene operandi facultatem, tamen non præstat
bonum operis vsum, id est, non inclinat voluntatem
vt arte vtatur, siue secundum artem moraliter ope-
re ut.

NB. Secundum Aristotelem is qui sua sponte pec-
cat in arte excusationem meretur, non verò is qui
contra mortalem virtutem. Ratio; quia virtus mora-
lis ipsaque prudentia non solum facultatem bene o-
perandi præstat, sed rectificans rationalem appeti-
tum, eo ipso efficit, vt facultatem bene vtatur, siue se-
cundum virtutem operetur. Quare homo iniustus
v.c. magis etiam culpandus est, si data opera iniu-
riam inferat.

V 5

Virtus

3 Virtus moralis est habitus electivus secundum mediocritatem, quatenus prudens definitur.

HABITUS, id est, primæ speciei qualitas acquisita, inclinans potentiam constanter ad operandum. Nisi virtus non est naturalis potentia, quæ secunda species, quia naturæ virtutes sicut & artes non suscipiunt, sed idonei sumus ad suscipiendum. Nec virtus dici potest qualitas tertiæ speciei, videlicet mentis affectio aut motio, cuiusmodi est amor, timor: Non enim aliquis ob timorem, aut amorem, aut iram simpliciter laudatur, aut vituperatur, cum bene & male fieri possint, ob virtutem autem per se quisque est dignus laude.

4 ELECTIVUS: Quia loquimur de virtutibus in voluntate sitis, quibus homo assuefactus est ea eligere & agere, quæ convenientia iudicantur ad morum honestatem: quam veluti propositam suarum actionum metam, homo virtute præditus spectat. Ad quod intelligendum requiritur. 1. in omni virtute Synteresis. 2. Ut appetitus rationalis rectè affectus sit ad virtutis honestatem. 3. Mediocritas. Hinc

Virtus dicitur in medio consistere; vitia autem ad extrema tendant. V.C. qui facile omnia metuit, vbi & quando non oportet, nihilque aggredi audeat, timidus est: Qui autem quamvis aggredi audeat, vbi non oportet, neminemque timet, is audax est; Ita quos medius est fortis vir, qui confidit & meruit, quando & vbi oportet; similiter qui omni voluptati indulget, intemperans; qui nullam admittit, agrestis. Temperans autem ab utroque declinans, medium tenet.

NB. Maior est vitiorum, quam virtutum multitudo: Ratio, quia à medio tanquam scopo aberrare

varia

variis modis contingit; rectè agere, mediumque attingere vno modo; quare illud quidem facile est, hoc autem difficile.

NB. Præterea positis his ad virtutem etiam requiri prudentiam (discretionem) quæ in singulis operationibus, spectatis omnibus circumstantiis mediocritatem honestatemq; definiat.

SECTIO II.

De prudentia, & vitiis ei oppositis.

Quatuor sunt Cardinales virtutes; Prudentia, Fortitudo, Temperantia, Iustitia.

Prudentia est virtus intellectus; ideoque moralium actionum non elicitiva, sed directiva: dux & regina omnium moralium virtutum, sine qua nulla earum consistere potest, siquidem voluntas per se ipsam, quod honestum est, persequi non potest, nisi ratio ostendat; hæc autem ratio ostendens prudentia est.

Prudentiæ 3. sunt actus. 1. Bene consultare (opponitur inconsideratio) 2. Rectè iudicare, (opponitur inconstantia mentis) 3. Præcipere executionem, (opponitur negligentia.)

Prudentia alia est monastica, (qua quisque sibi prospicit, quid in actionibus singulis decens & honestum sit.) Alia gubernativa (subdiuiditur in Oeconomicam & Civilem, hæc subdiuiditur in Architectonicam, seu principatum gerentem; & in Ministerialem, propria eorum, qui Rempublicam administrant.)

Iterum alia prudentia est perfecta ac simpliciter dicta (quæ proposito vero sine totius vitæ humanæ delibe-

deliberat, iudicat & præcipit, quid ad eum finem ac commodatè agendum sit.) Alia est imperfecta & secundum quid (quæ proposito fine speciali, consentaneè ad illum finem deliberat, iudicat, præcipit, quo modo dicitur prudens medicus, prudens mercator; qui tamen potest esse malus homo: Qui autem simpliciter prudens est, idem & bonus homo est.

• Est etiam prudentia falsa (quæ proposito fine falso, v. c. carnis commoditate conuenientia media ad talem finem inquit; est mortale peccatum, si vitium finis statuatur in commoditate carnis.

Species falsæ prudentiæ est astutia, cuius executio, dolus & fraus in re graui est mortale.

7 Species imprudentiæ moralis (præcipitatio & negligentia) siue in genere moris peccati rationem sortuntur, quatenus efficacem causam, vel saltem periculum præbeat malè electionis operationis. Quæ propter qui hominem pro fera incautè occidit, non duo peccata committit, quorum vnum sit incauta circumspeditionis, alterum homicidii, sed vnicū homicidii; propterea quod consideratio & cautio eo solum fine adhibenda sit, vt homicidium euitetur.

NB. Species quæ secundum excessum sunt, videlicet prudentia carnis, astutia, rationem mortalis peccati in confessione explicandi habent, non quatenus præcise sunt vitia intellectus, sed quatenus efficacem causam præbent prauæ electionis, operis, cum quo velut forma cum materia, vnum numero peccatum in genere moris

constituunt.

•• (?) ••



SECTIO

SECTIO III.

De Fortitudine, & oppositis ei vitiis.

Fortitudo 2. modis accipitur; 1. pro animi constantia adhaerentis honestati virtutis, non obstantibus quibuslibet contrariis, seu nihil unquam agendi in quocunque genere, quod ab honestate deficiat, habereque potest haec virtus fortitudinis in omnibus virtutibus locum. Secundo accipitur Fortitudo pro speciali virtute, moderante animi timorē, ac fiduciam: Hinc Aristoteles definit eam, quod sit mediocritas circa timorem & audaciam.

Martyrium est excellentissimus actus Fortitudinis: Nam Martyres propter seruandum bonum veritatis Fidei, ipsam vitam profunderere non erubescunt, iuxta Hebr. 11. *Fortes facti sunt in bello.*

Ad Martyrium requiritur, vt mors alicui inferatur odio fidei Christianae, & vt voluntariē acceptetur propter fidei veritatem tuendam. Hinc non proprie martyres, qui in vincula coniecti, nisi etiā mortem opperunt, quia non satis re ipsa testantur, se omnia propter fidem Christi contemnere, nisi etiam vitam ipsam derelinquant.

Deinde innocentes Infantes ex speciali Priuilegio gratiae sunt pro Martyribus colendi. NB. Adultus si in somno occidatur, propter fidem & ante nihil cogitarit, non est pro Martyre habendus.

Milites pugnantes contra infideles non sunt Martyres, si occidantur; Ratio, quia non voluntate, sed potius necessitate mortem opperunt, neque Christi patientis similitudinem gerant, qui cum pateretur, non comminabatur.

Causa Martyrii debet esse pia, quae per fidem supernatu-

pernaturalem innotuit. Nam Martyr dicitur, qui excellentissimam, quam potest, Confessionem ac testimonium voluntaria morte sua, præbet veritati dei Christianæ, secundum verba Christi; *Omnis, qui confitebitur me.* Matth. 10.

6 Martyrium instar baptismi fluminis delet omnem culpam & pœnam, sed non absque imperio & mentione charitatis in hominibus adultis, iuxta Apost. 1. Cor. 13. *Et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Et est generalis persuasio Apostoli, & SS. Patrum, quod opera virtutum reliquarum absque Charitatis imperio ad hominis salutem & gloriam æternam non sufficiant.

7 Baptismus sanguinis quadam etiam ratione superat baptismum fluminis: nam inter cætera Martyrium continet realem imitationem & representationem passionis Christi: baptismus autem solum figuralem. Et baptismus sanguinis præter præmium essentialiter etiam correspondet augeola.

8 Timidas Fortitudini opposita, & peccatum veniale, per accidens tamen interdum mortale. Vnde Si ob timorem finas te moueri in consensum peccati mortalis. Idem de audacia, ignauia (animi nihil confidentis) animi stupiditate (nulla mala formidantibus quando oportet) dicendum est.

De Virtutibus annexis Fortitudini, atque earum oppositis vitiis.

9 Virtutes Fortitudini annexæ sunt. 1. Animi securitas (quæ est tranquillitas animi benè fidentis) ei opponitur nimia animi anxietas. 2. Magnanimitas, quæ magna & excelsa spectat, parua contemnit.

Magna

Magnanimitati secundum excessum opponuntur 10
 præsumptio, ambitio & vana gloria. Præsumptio est
 qua homo aggreditur opus arduum, facultatem su-
 am excedens. Veniale per se, sed sæpius fit mortale,
 ratione nocuenti.

Ambitio est inordinatus appetitus honorum, sibi 11
 non debitorum, aut ex illicita re, v. c. tyrannide, & si
 veniale fit mortale, ratione damni.

Inanis gloria est inordinatus appetitus humanæ 12
 existimationis ac laudis. Accidit 1. si de fucata virtu-
 tis vel doctrinæ excellentiâ laudem quæras, & est hy-
 pocrisis. 2. Si maiorem famam de te desideres, quam
 merearis, & est iactantia: per se veniale; per accidens
 mortale, ratione nocuenti.

Honorem, laudem desiderare vel acceptare ob 13
 virtutem seu honestatis causa, est opus bonum ma-
 gnanimitatis, iuxta Matth. 5. *Lucent lux vestra coram
 hominibus.*

Magnanimitati secundum defectum opposita est 14
 Pusillanimitas, qua sibi quis diffidens, bonū aliquod
 tanquam superans propriam facultatem, frustra de-
 trectat: vt si idoneus ad parochiam, ob animi deie-
 ctionem respuat: per se veniale, mortale ratione no-
 cumentum. NB Si honorē tibi delatū & laudem, quam
 recta ratio ad cōseruandum statū & dignitatis aug-
 mentum boni publici causa necessarium iudicat vel
 utile, respuas ex animi deiectione est veniale.

NB. Magnificencia quæ est promptitudo animi
 ad faciendos magnos sumptus, vbi recta ratio expe-
 dire iudicat. Continet in se pecuniæ contemptum.
 Differt à liberalitate, quod hæc circa mediocres sum-
 ptus, illa circa maiores occupatur.

Magnificentiæ, secundū excessū, opponitur pecu-
 niarum

niarum profusio, si maiores expensas facias, quam ratio dicat. Secundum defectum aduersatur parsu-
facientia, cum quis præ animi angustia, cœpto ma-
gno operi, V. C. templo non pares sumptus exhibet
vtrumq; est veniale, per accidens mortale.

15 Patientia est virtus, quæ in rebus aduersis animi
mœrorem temperat, ei opponitur per excessum im-
patientia: Veniale, per accidens, ratione scandali
mortale. Per defectum opponitur durities, si ob ani-
mi stuporem, nec propriis nec alienis malis moue-
ris, est per se veniale.

16 Perseuerantia est virtus, per quam non obstans
temporis diurnitate, difficultate molestiis, homo
persistit in bono opere, quamdiu recta ratio dicat.
Ei per excessum opponitur pertinacia, est veniale,
circa fidem, mortale. Per defectum opponitur in-
stantia, qua leuiter aliquis à bono proposito absi-
stentia. Est mortale si obligatio sit grauis, qua teneris ad pro-
positum exequendum; Veniale, si obligatio leuis
nulla obligatio, est veniale ex genere, ob inordina-
tionem mentis.

SECTIO IV.

De Temperantia, & oppositis vitis.

1 **T**emperantiæ virtus versatur in moderandis
luptatibus corporis, gustus & tactus, circa
lenta, poculenta & venerea. Tres eius sunt species.
Abstinencia, Sobrietas, Castitas.

Abstinencia est, quæ secundum rationis regulam,
(contentam corporis ac vitæ humanæ necessitate &
utilitate) moderatur appetitum, vsusque ciborum
oblectantium. Ei opponitur gula, quæ est inordina-
tus appetitus vel vsus ciborum causa voluptatis. Per
se ve-

se veniale. Nullum est si plus comedas, eo fine (honesto) ægrotum prouoces ad comedendum. Mortale, si adeò inhæreas oblectationi ciborum, vt ideò sis paratus legem Dei transgredi, aut in potu vltimum finem ponas, iuxta Phil. 3. *Quorum Deus venter est.* Secundo mortale, si graue nocuimentum corpori aduertenter adferat, comedere vsque ad vomitum per se mortale.

Carnibus humanis vesci extra extremam necessitatem est mortale. Prob. quia ordo naturæ postulat, vt aliquis vtatur alimento, secundum substantiam, inferiore. Deinde, si persuasio esset, occisorum hominum carnibus vesci licitum esse, perinde ac carnibus brutorum sequeretur vnum hominem propter alium conditum esse, vt ipsi sit alimentum: Et rursus, vnum hominem ab altero veluti bestiam occidi posse, alimenti causa.

In extrema necessitate, qui dicunt, non licere, adferunt rationem, quod id iuri naturali pugnet, ac proinde in iure esse malum: Qui dicunt licere, adducunt rationem, quid quædam absolute spectata sint aliena à natura hominis, tamen in extremis esse permilla, sicut abscissio brachii. Sicut enim in his casibus non inhonoratur natura humana, quando leuius nocuimentum postponitur maiori; ita etiam in priori casu non inhonoratur natura humana, quando assumitur emortua, vt altera è morte liberetur.

NB. Ad morbum depellendum licitum est vti in edimentis, ex carne humana confectis, item sanguine, (epilepticis) lacte fœmineo (phtificis.)

NB. Nemo tenetur in extrema necessitate comedere carnes humanas, tum quia admodum abhor-

ret à natura, tum quia potest se conformare p[ro]p[ri]a
sententia.

- 4 Sobrietas moderatur inordinatum appetitum
sumque potionis vim inebriandi habētis. Ei ad
satur ebrietas, quæ est excessus in potu inebriandi
causa voluptatis, donec vsus rationis adimatur, &
mortale secundum Apost. ad Gal. 5. Ratio, quia
uis difformitas censetur, magnumq; malum abiectione
rationis potestate, quia nihil in homine præstantius
ad brutorum stoliditatem voluptatis causa vltimo
abiicere.

Dixi voluptatis causa; nam ob sanitate in iudicio
medici, si necessarium, licet, quia ob breue tempus
ratione destitui, non continet magnam deformitatem,
vt postea munera rationis melius præstentur
ti etiam dormientibus contingit. Vnde etiam scilicet
tur licere ob mortem vitandam modò scandalum
fit, neq; cedat in contemptum virtutis temperantia
ebriari. Ratio, si enim fas sit, ad vitam à Tyranno
dimendam, sibi ipsi manum amputare, cur non
iam vsus rationis ad breue tempus.

Dixi, donec vsus rationis adimatur: Vnde legitur
tur, hominem peccare mortaliter, si aduertat
culum probabile se inebriandi, si pergat bibere
post duas horas, prima si venerit ad aerem, se
tur mentis spoliatio. Cæterum si homo post haustum
ni possit adhuc discernere inter bonum & malum
cet titubet, vel oculi duplicata aspiciant, vel caput
gyrum agi videatur, est solum veniale.

- 6 Prouocare ad ebrietatem voluptatis causa, est mor-
tale. Vinum vel à alicui apponere, relicta ipsi libe-
tate bibendi, et si putes securam ebrietatem, non
semper illicitum, cum talis cooperatio solum sit ma-
terialis.

NB. Licitum est, si grauissimum natum, v. c. proditionis, alio modo impedire non possis, quā inducendo ad ebrietatem, illi vinum fortissimum, (cuius virtutē ille non habet cognitā) proponere, vt sic inebrietur, præter intentonem, quia tali casu homo ille non esset peccaturus, ergo talis inuittatio non esset scandalum actiuum, nec prouocatio ad peccatum. Illicitum verò est talem hominem suasu prouocare ad voluntariam ebrietatem: Ratio, quia nunquā licitum est, aliquem inducere ad actionē, quæ intrinsicè mala est, vt sine peccato fieri non possit.

Quod Lessius dicit, licitum esse ad minus malum (peccati) inducere, vt impediatur maius malum, verum est, si fiat inductio ad peccatum minus, quā minus, ita vt alteri suadeas non totum peccatum, quod certo animo concepit, sed partē solū formaliter aut virtualiter inclusam in toto. Tūc nō suades homini, vt malū peccati faciat, si à toto abduci nō possit.

Castitas moderatur inordinatum appetitum, vltimūque Venereorum. Et duplex: Perfecta, quæ vltimū Venereorum in perpetuum excludit. Imperfecta, quæ ad tempus nuptiarum, & in coniugio moderatē, & secundum rationem vtitur. Et hæc appellatur Castitas coniugalis.

Virginitas est perfectissima castitas, firmum propositum cōtinens integritatis ac puritatis perpetuo conseruandæ gratia honestatis. Castitas differt à virginitate, quod hæc non habeat locum in pœnitentibus, & coniugatis aut corruptis, vti castitas.

Duplex est virginitatis integritas: vna carnis, ac veluti materialis, altera animi ac propositi ideoque formalis.

NB. virgo violata per stuprū (etsi animo integra) virginitatis

tatis laudem retinet, sed à velo consecrationis humilitatis ac decoris causa, vt aliæ corruptæ abstinere neitur. Velom prælationis cum dispensatione pontificis posset accipere.

NB. Quinque sunt vela: Ordinationis, quod die non in usu, vt separatim conferatur: Professio Confirmationis: Prælationis & Continentiæ.

NB. Virgo integra carne, violata autem animo si coram Deo non virgo sit) tamen virginitatem pœnitentiam potest recuperare, vtpote per carnalem copulam non sublata potest etiam velari, vtpote rām Ecclesia verè virgo.

Probabile est, (licet virgo per voluntariam copulationem fœdata sit, virginitasque verè amissa, & comparabilis; quia in hac feminis effusi præternaturalem, carnali delectatione potissimum cōsistit) quod possit talis velari, vt inter virgines, quia claustrum virginitatis illæsum uuit, & retinet virginitatis statum coram Ecclesia licet virtute virgo non sit, & verè, qui violaretur stuprator virginis haberetur.

- 9 Mulier, quæ occultà vel per vim violata est, à consecrationis abstinere debet, quia non leuiter uerentia est, si in sacramentis, vel sacramentalium falsitas interueniat. Sicuti enim sacrilegium esse falsis aut aquæ consecrationi supponere, quod aqua non est, ita multo magis, sint virgo se committitur quæ virgo non est. Confirm. sicuti quæ culte bigamus est, quia corruptam duxit, ordinari non potest, ita neq; quæ per vim, vel in occulto corrupta: cum in his habeatur ratio sacræ significationis. Nam sacra virgo significat Ecclesiam triumphantem in qua non est macula.

NB. M.

NB. Mulier occultè violata, si absq; scandalo, vel sui manifestatione abstinere non potest, Episcopus eam consecrare potest, usurpando vocem Castitatis pro virginitate; vel si hoc modo non satis consultum famæ mulieris, eò quòd præsentibus intellecturi, potest uti voce virginitatis, accipiendo in mente, tanquam significante castitatem.

Castitati aduersatur luxuria, quæ est inordinatus appetitus vel vsus Venereorum: dupliciter hoc peccatum contingit: 1. Secundum substantiam actus, & sic est mortale, iuste Apost. Gal 5. Eius sex sũt species: Simplex fornicatio, adulterium, incestus, stuprum, raptus, vitium contra naturam.

Secundò contingit luxuria, quoad modum accidentalem, qua ratione in coniugio peccari potest. Hic tan um agemus de fornicatione, & peccato contra naturam.

Simplex fornicatio est carnalis commixtio soluti cum soluta. Est mortale Gal 5. 1. Cor. 6. Eph. 5. Ratio est, quia valde repugnat naturali instinctui, qui brutis quoq; animantibus, quanto magis homini inditus est, opus generationis non exercendi extra coniugale fœdus, ob meliorem prolis conceptionem, naturam, educationemq; quæ naturæ lex, cum circa materiam grauem versetur, sub culpa mortali obligat. Huc reuocantur amplexus, oscula, tactus impudici, id est, instituti causa venereæ delectationis, confurgentis ex commotione spirituum generationi inferuentium circa partes corporis venereas. Neque refert, quod ad carnalem copulam intentione operantis non referantur, quia suapte natura eo tendunt, tanquam viæ, dispositiones, &c.

NB. Oscula, amplexus, vel si fiant ob consuetudinem

nem patriæ vacant culpa, vel si fiant ex ioco, & delectatione venerea, sunt venialia.

NB. Aspectus valde impudici, mortales obsequium, ex sola curiositate inter personas eiusdem sexus facilis à mortali excusatur.

- 11 Oscula, amplexus, tactus inter sponfos de se non videntur excusari à mortali, si absit periculum procreationis & cōsensu in copulam, neq; per se, siue etiam si eto turpes sint: ratio, quia sponsalia sunt initiū matrimonii, quibus proinde aliquale ius sponsalium in ipso sponsi acquiritur: non quidem ad ipsam copulam, sed ad dictos corporum tactus.

- 12 Tactus turpes inter coniuges, si fiant solius voluptatis causa, & non in ordine ad copulam carnalem, per se sunt venialia, quia eiusmodi inter coniugum se sunt indifferentes; si fiant tactus in ordine ad generationem aut copulam culpa vacant: quod si concessus est finis, ei etiam media ordinata ad finem.

Si cōiunx se ipsum impudice tangit ob veneream delectationem, etiam absque periculo procreationis, videtur esse mortale, contra Sanchez, qui cōiunx non habet ius in proprium corpus aliud venereum, nisi per accidens, ut possit copulari coniuge: ergo hic actus est per se illicitus & mortalis ad pollutionem, ideoq; mortale.

- 13 Impudici tactus pertinent interdum ad peccatum mollitiei vel adulterii, &c. pro diversitate peccati qua cū exercentur, idèd in cōfessione manifestantur.

NB. Pruritus circa membra, si fiat non causa venereæ delectationis, non est peccatum.

NB. Turpiloquia, Cantica, litera, si fiant causa venereæ voluptatis inter solutas, sunt mortalia: si sine venereæ voluptate, per se venialia, sed ratione scandalii, frequenter mortalia. Idem dicendum de Picturis.

Delectatio, quæ oritur ex aspectu, facilius à peccato excusatur, quam delectatio ex tactu; ratio, quia magis tendunt tactus ad concubitum, quam aspectus. Aspectus verò mulieris non ita propinque tendit ad concubitum. Hinc si quis mulierem ex curiositate aspiciat ob pulchritudinem est veniale; commotus verò delectatione venerea & consensu est mortale.

NB, Vitium contra naturam quatuor modis fit. 1. Si absq; concubitu profusio seminis procuretur, est mollius. 2. Si cum bestia, aut dæmone. 3. Si cum inter personas eiusdem sexus est Sodomia, si inter personas diuersi sexus non seruetur modus cōcumbendi. Inter coniuges absq; periculo effusionis seminis, & seruato legitimo vase, est veniale.

Directè & efficaciter in se ipso, vel in alio procurare pollutionem, semper est mortale. Ratio, quia si hoc licitum esset, homines abuterentur cum maximo detrimento speciei. Et minus abhorret à natura effusio seminis in fornicatione, quam in pollutione procurata. Illa autem nullo casu licita est, ergo neque hæc.

NB. Quando actio, ex qua tanquam causa pollutio sequitur, per se turpis est, V. C. impudicæ cogitationes, tactus, &c. propter voluptatem tunc qui eiusmodi causam pollutionis sciens ac volens præbet, peccat mortaliter, tanquam indirectè intèdens pollutionem. Ratio, quia perinde est siue effectus procedat ex natura ac necessitate operis voluntariè exerciti, siue fiat ex intentione operantis: *nam expliciti & impliciti eadem est vis.*

Qui causam pollutionis per accidens præbet, non peccat mortaliter, sed neq; venialiter, si actio ex qua

pollutio oritura putatur, per se honesta sit, & magis
 eius honestus, v. c. Confessiones mulierum aude
 Ratio, si ius habeas aliquid agendi, ex quo in directo
 & per accidens secutus exitimatur effectus, qui
 directe ac per se intendere non licet, non ideo cogis
 abstinere ab actione, quotiescunque ex ea maius
 utilitas speratur, quam sit incommodum eventum
 qui permittitur, sed clusa tantum speciali prohibiti
 ne: sic enim in bello iusto fas est, arces diuere, et
 innocentium mors inde secutura sit, quam directe
 intendere non licet. Atqui pollutio, quae ex actione
 tua, aliam utilitatem finemque habente, per acci
 dens sequitur, nullum incommodum affert huma
 nae speciei. Ergo non teneris talem actionem im
 mittere.

NB. Ex nimio cibo & potu pollutio secuta, si non
 intendas, est veniale. Ratio, quia ex parte operis
 abest effectus venerae delectationis, ut ponitur
 parte vero operis non est grauis inordinatio, seu
 turba incommodum, quod veniale, quia mentem
 conturbat, & ad malum incitat.

- 17 Pollutionem permittere, vel simplici affectu de
 siderare ob causam, v. c. sanitatem, non est peccatum
 sicut enim, si legitimus Rex cum multorum sa
 na Reipubl. administrat, fas est, boni communi
 causa, simplici affectu optare, ut moria ur, cum
 men mortem ipsi procurare non liceat, ita et
 iam, &c.

NB. Pollutionem optare simplici affectu ob vo
 luptatem, est mortale delectationis morosa.

- 18 Pollutionis nomine non intelligitur distillatio seu
 fluxus humoris, qui semine non est, quatenus similitudinem
 habeat humani seminis. Causa praebere per venerae
 motionem

motiones, vel voluntariè, consentire in ea proueniente ex causis venereis, est mortale. Alia si ex naturalibus causis timore ac imaginatione oriatur sine consensu, nullum est peccatum.

Voluntaria pollutio etiam inter coniuges est mortale. Ratio, quia aduersatur fini generationis, Ergo est contra naturam.

De Virtutibus annexis Temperantiæ atque oppositis vitiis.

Virtutes Temperantiæ annexæ sunt Mansuetudo, (moderans passionem iræ) quæ est appetitus vindictæ. 20

Mansuetudini secundum excessum opponitur ira, quæ ex parte obiecti mortale est, quippe iustitiæ vel charitati oppositum. Si ex odio vindictam desideres, & ei, qui non meruit, fit veniale ex leuitate materia, vt si puerum nihil commeritum capillis trahas. Si modum excedas iniusta ira, est venialis, per accidens ratione scandali fit mortalis: si scilicet blasphemias & contumelias misceas. Opponitur Mansuetudini secundum defectum, Iræ vacuitas. 21

Clementiæ, per quam homo potestate præditus ex animi leuitate propensus est magis ad puniendum citra meritum culpæ, quatenus recta ratio dictat, quam ultra meritum) opponitur per excessum crudelitas, per quam homo exigit pœnam ultra meritum Sæuitia quærit delectationem in vindicta iusta, ex genere suo mortale. Secundum defectum opponitur nimia lenitas. 22

Humilitati (quæ temperat appetitum tendendi ad excelsa) secundum excessum aduersatur superbia (inordinatus appetitus propriæ Excellentia.) Eius sunt 23

sunt species. 1. Si bona tua aestimes, quasi à te ipso habes, non à Deo. 2. Si proprijs meritis bona tua adscribas. 3. Si aestimes, te habere bona, quæ non habes. 4. Si contemptis alijs videri velis singulariter habere, quæ habes.

Superbia perfecta, quæ est contemptus Legis diuinæ, est grauiissimum. Imperfecta, quæ sistit in nimia aestimatione sui, si absit iniuria erga Deum, vel proximum, veniale.

NB. Superbia est appetitus inordinatus propriæ Excellentiae: Vana gloria, Laudis: Ambitio, honoris. Humilitati per defectum opponitur nimia abiectionis sui; si V.C. Episcopus sibi præponat Presbyterum.

24 Studiofitati, (quæ moderatus naturalem appetitum sciendi) secundum excessum opponitur curiositas ex genere venialis, per accidens interdum mortale. Secundum defectum opponitur negligentia quæ est voluntaria omissio eorum discendorum, quorum cognitio ad cuiusque statum pertinet. Etque graue vel leue peccatum, prout obligatio sciendi ex lege Fidei Religionis, Iustitiæ, &c. descendens, grauis vel leuis fuerit.

25 Modestiae (quæ motus & gestus corporis externos, secundum rationis præscriptum moderatur) opponitur secundum excessum petulantia & insolentia, secundum defectum morum, ruditas: ex genere venialia, ratione scandali nocuenti mortalia.

26 Eutrapelia est, quæ in ludicris (iocis) ad animorum corporumque relaxationem institutis, decorem conseruat. Excessus in his, sicut & nimius defectus in vitio sunt.

SECTIO

SECTIO V.

De

Iure & Iustitia.

TRACTATUS I.

De

Quibusdam generalibus Principijs Iuris.

CAP. I.

De Obiecto Iustitia, quod est Ius siue Iustum.

Ius, siue iustum interdum accipitur, ut idem sit, quod legitimum, id est, ad æquatum. conforme legi; interdum, ut idem sit, quod æqualitas alteri debita, & hoc iustitiæ particularis, ac propriè dictæ obiectum est.

Iustitia moderatur hominis actiones in ordine ad alterum, sed temperantia & fortitudo in Ordine ad ipsum operantem.

NB. Iustum siue æquum, quod dixi esse obiectum iustitiæ, non est æqualitas, sed æquum debitum, ortum habens ex aliqua obligatione voluntaria, vel involuntaria. Quare si duo Mercatores ad nundinas profecti sint, quorum vnus lucrum cepit, alter damnum tulit, inæqualitas inter ipsos est, sed non tollenda per iustitiæ æqualitatem, nisi vel societatis pactio & obligatio processerit, vel ille huic causa iniusti damni extiterit. Iterum: Si tu mihi equum tuum concessisti, ex quo lucrum mihi accessit, tibi contra aliquid lucri decessit, tunc si pactū reciproci ante-

ante-

antecefferat, per iustitiam ad æqualitatem redigendum, compensando tibi defectum ex meo commodo.

- 3 NB. Ius improprie varie accipitur. 1. Pro facultate aliquid legitime agendi, V. C. ius habere sepulchri, ius habere ad hæreditatem. 2. Pro Iudicis sententia & pro Lege seu scientia legis. Ulpian. Ius est ars boni & mali.

C A P. II.

De Iustitia generali seu Legali.

- 1 Iustitia generalis versatur circa omnia virtutum opera ob Reipub. felicitatem, inde orta, quod homo in humana societate viuens, comparatur vel pars ad partem, vel ciuis ad ciuem, vel tanquam pars ad totum, ciuis ad Communitatem.

Iustitia generalis sic dicta, quia omnes virtutes morales in se comprehendit, non quidem vniuersalitate prædicationis, (vt animal continet species animalium) sed vniuersalitate causæ, (qua ratione se habet sol ad alia corpora, quæ ipsius virtute illuminantur, generantur, & conseruantur) quatenus reliquis virtutibus ipsa imperans, illarum actiones ad Reipub. prosperitatem refert.

Iustitia hæc generalis appellatur etiam Legalis quia versatur circa Legem, seu iustum legitimum. Etenim in Reipubl. legibus bene constituta, omnia omnium virtutum officia præcipiuntur. Et in hac significatione nomen Iuris accepit Iureconsultus in L. Iustitia, ff. de Iust. & Iure. Iuris præcepta sunt; honestè viuere, alterum non lædere, suum cuique tribuere. Nam Resp. triplici iure nititur; naturali æquitate, scripta lege, & Consuetudine vetusta.

Opera

Opera Virtutum, quatenus per ea diuinæ legi ac voluntati conformamur, iustitia in sacris literis vocantur. Matt. 5. *Beati, qui esuriunt iustitiam.* Et cap. 6. *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.*

NB. Iustitiam legalem se dupliciter habere. Nam in Principe siue Magistratu leges decernente ob Reip. commodum, inest quasi architectonicè: In subditis verò acceptantibus & obseruantibus leges ob eiusdem Reipubl. commodum, inest ministerialiter, velut executioni mandantibus, quæ per Magistratum decreta sunt.

C A P. III.

De Iustitia particulari.

Particularis Iustitia definitur ab Vlpiano, quod iustitia sit constans & perpetua voluntas ius suum (debitum ad æqualitatem) cuique tribuendi. Eius proprietates sunt; Ut sit ad alterum; Ut versetur circa debitum; Ut reddat ad æqualitatem.

Inter patrem & filium, utpote non omnino diuersum à patre; Inter seruum & dominum, omnia Domino acquirentem, veluti eius possessionem & instrumentum; Inter vxorem & maritum, utpote vnum corpus & carnem; non est simpliciter dicta iustitia sed solum improprie dicta, paterna, herilis, & Oeconomica. Ratio, nam Iustitia particularis tendit ad alterum, & iustum particulare versatur inter partes, quæ exæquari possunt; atqui dictæ partes non inveniuntur in dictis personis. Ergo.

NB. Licet iustum paternum, V. C. recedat à proprietate iusti, quoad æqualitatem inter diuersas personas statuendam, non tamen quoad rationem

nem

nem debiti. Imò maius debitum est, obligatioque arctior pietatis siue Iustitiæ patris in filium, & è contra, quam sit iustitia ciuilib. Ratio, quia grauius censetur deliquisse filius, si in parentem impius & iniurius quam si in alios.

3 Neque Religio erga Deum propriè dicta iustitia non est, cum non possit reddere æqualitatem.

Inter patrem & filium quo ad bona castrensia non emancipatum, vel emancipatum; maritum & uxorem; quoad bona parapherna; inter seruum & Dominum ex proprio peculio est iustitia propriè dicta. Ratio, quia in istis habent se tanquam conuictus & partes distinctæ, quibus status ille patris ac filij, vxoris & mariti, &c. accidentarius est. Idem de ciue contrahente cum Republic. sentiendum.

4 Colligit hinc Molina defraudationem filij contra patrem esse peccatum simplex contra iustitiam & obligationem esse ad restitutionem, sed non tam strictam, quippe cum bona temporalia patris aliter quomodo pertineant ad filium propter arctissimam eorum coniunctionem. Quod autem pœnitens, si patri furatus, teneatur manifestare in Confessione, id interdum fieri debet, si nimirum talis circumstantia faciat esse peccatum tantum veniale, quod alioquin esset mortale. Idem dicendum de furti coniugum inter se, eo quod in foro externo inter tales non detur actio famosa furti, sed rerum amotarum, vt dicam, t. r. 3. p.

I. c. 1. q. 2.

CAP. IV.

De Speciebus Iustitiæ particularis.

DVæ sunt species Iustitiæ particularis: Vna commutativa, quæ propriè est ad alterum, seu personam distinctam, & interuenit in contractibus, constituitque iustum inter personas distinctas, secundum æqualitatem rei datæ ad rem acceptam. Altera iustitia distributiva, quæ non est omnino ad alterum, sed totius ad partem, & occupatur in distributione communium bonorum, dignitatum, officiorum, &c.

NB. Hæc diuisio non est in species vniuocas, sed analogas, quia distributiva non est propriè ad alterum, nec tam strictè debita.

Iustitia commutativa constituit perfectam, seu arithmeticam æqualitatem, inter quantitatem rei acceptæ & datæ. V. C. Si equum emi 20. flor. æstimatum, totidem dare debeo, si 30. furatus, totidem restituere debeo. Distributiva verò constituit æqualitatem Geometricam seu proportionalem. V. C. sicut se habent 4. ad 2. ita se habent 8. ad 4. sic in distributione communium bonorum (spoliorum) æquitas seu iustitia postulat, vt eadem sit proportio inter bona distribuenda, qualis proportio est intra status siue dignitates personarum, quibus distributio faciendæ est.

Iustitiæ commutatiuæ duplices sunt commutationes, & inde ortæ obligationes; aliæ voluntariæ quæ mutuo paciscentium consensu oriuntur; aliæ involuntariæ, quæ oriuntur ex delictis, quibus alteri

alteri

alteri inuito damnum iniustum infertur, furto, de-
tractione, homicidio.

- 3 Iustitia vindicatiua plurimum recedit à veræ Iu-
stitiæ proprietate, eo quod damnum illatum non ad
æqualitatem reddit; siquidem pœna, quæ pro delicto
infligitur; propriè non compensat aut tollit debi-
tum.

C A P. V.

De Iure Dominij & Rerum diuisione.

NB. I Nter alias iuris acceptiones, vnam esse prole-
gitima facultate aliquid agendi, obtinendi
disponendi, vtendi, &c. in quo si alterum absque
ista causa impediatur, iniuriam ipsi inferre censetur.

- 1 Ius hoc modo acceptum duplex est; Vnum, Ius
in re; & alterum ius ad rem. Ius in re, tribuit actionem
realem, quæ vocatur rei vindicatio, quale ius habet
Dominus in mancipio, domo, veste.

Ius ad rem dicitur, ex quo descendit obligatio
actio personalis. Vocatur a. actio personalis, quia
proximè tendit in personam nobis obligatam ex
contractu vel delicto. Hæc actio cohæret personæ, in
tantum, vt si mutuo dedisti Titio 100, flor. quos ille
Sempronio donauit: hoc casu actio personalis
contra Titium, nulla autem contra Sempronium
competit.

NB. Actio realis dicitur, quia adhæret rei, cui
insequitur, ad eam vt in cuiuscunque possessionem res
nobis obligata deuenit, ab eodem repositi seu vin-
dicari possit. Hæc actio realis varijs modis compe-
tere potest. 1. Ratione dominij, directi, siue illud
cum vsufructu coniunctum sit siue separatum. 2. Ra-
tione dominij utilis, puta vasallo, Emphyteutæ
com-

competit rei vindicatio utilis 3. Ratione quasi domini, Publiciana in rem actio competit, qui cum titulo & bona fide à non domino rem acceptam non omnino vscepit: is enim prætoriam æquitate vindicare eam potest ab altero possessore; nisi exceptione se defendat, quod legitimus rei dominus existat, vel nisi & ipse cum titulo non vitioso rem possideat, tunc enim melior est conditio possidentis. 4. Ratione seruitutis, competit Confessoria in rem actio illi, qui confitetur seu præterdit seruitutem sibi in re alterius competere, videlicet vt per alienum fundum ire, aut currus agere possit. Huic opponitur actio negatoria per quam negamus alteri in re nostra seruitutem deberi, nisi eam demonstrat. 5. Ratione pignoris seu hypothecæ, competit actio Seruiana, per quam locator contra quemuis possessorem agit ad res, quæ à conductore scienter in rem locatam, ita vt perpetuo illic essent, inuectæ aut illatæ, sibi que pro pensione & rei deterioratione tacite obligatæ sunt. Cui affinis est actio, quasi Seruiana, seu hypothecaria, per quam Creditores pignora sua & hypothecas persequuntur.

Dicta autem est Seruiana à Seruio, Prætorè Romano, qui eius auctor erat; Sicuti Publiciana à Publicio Prætorè: cui similis Paulina actio à Paulo Iurista, per quam Creditores res in fraudem alienatas à possessoribus, reuisione eius, quod actum est, reuocant.

NB. Dominium, larè sumptum, est facultas disponendi de aliqua re, tanquam sibi subiecta.

Dominium duplex: Vnum Iurisdictionis, de quo dixi lib. 1. tract. 4. cap. 5. Alterum proprietatis, quod solum huc pertinet: est enim species præcipua Iuris

Y

in re.

in re Nam Dominus ius habet in fundo, equo veli
 Hinc Bartolus ita definit dominium: Quod sine
 perfecte disponendi de re corporali, nisi lege prohibeatur. De re corporali, (fundo, domo) excludi
 fructus, ius eligendi ius praesentandi, quorum
 proprie dictum dominium, sed quasi dominium
 Nisi lege prohibeatur. Ita pupillus, etsi bonorum
 suorum dominus est, tamen arbitrato suo ea alienare
 non potest, quamdiu sub tutoribus est, quia prohibi-
 bitum lege, & bona primogeniturae verum domi-
 nium habent, & tamen interdum vincularia sunt,
 prohibita alienari, ut semper ad primum caput
 militiae deolvantur.

3 Solae substantiae Intellectuales dominij capere
 sunt. Prob. Dominium est facultas de re aliqua
 arbitrato disponendi, talis autem facultas sine
 intellectu & libertate arbitrij haud consistit. H
 Genes. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & simi-
 litudinem nostram, quae praesit piscibus maris, &
 terra, &c.*

4 Homo totius spectabilis mundi proprie domi-
 nus dici non potest: Nam non potest arbitrato
 disponere de astris, nubibus, &c. In Volatilia com-
 petit illi quasi dominium, seu ius capiendi & con-
 dendi. Ante lapsum autem habuisset homo
 etiam dominium in Volucres, naturali enim
 etiam fuissent ei obediturae & secururae.

NB. Christus Dominus, quia homo habet domi-
 nium super uniuersum mundum Matth. 28.

5 Diuisio rerum Gentium iure introducta est, cuius
 iure primauo ac naturali communis esset rerum pos-
 sessio ac dominium: Iure autem Gentium diuisio in-
 troducta ad communem egestatem, animorum di-
 uisio

ensiones, arque alia mala cauenda, quod non fuisset necessarium in statu innocentiae.

Quod est iuris naturalis præceptiui, mutari non potest. Id autem dicitur ius naturale præceptiuum, cuius opposito ius naturale resistit, V. C. parentes honorandos, suum cuique tribuendum.

Quod autem est iuris naturalis permissiui, id mutari potest. Illud autem dicitur de iure naturali permissiuo, cuius opposito ius naturale non resistit, quamuis etiam illud non statuatur, sed permittat hominum voluntati superaddi, nam lex & ars perficiunt naturam: Ita lignum à natura informe procreatur, sed arte perficitur. Ita rerum communio naturalis iuris est non præceptiui, sed permissiui, ideoque rerum diuisio ac proprietas, licet à naturæ lege non sit, tamen non est contra naturæ legem.

NB. Etsi ius naturale per se non sit mutatum, nec possit mutari, tamen potest mutari per accidens, si scilicet appositâ aliquâ circumstantiâ, mutatio aliqua fiat in obiecto; ita lex naturalis præcipit matrimonium inter marem & foeminam mutuo consensu etiam clam celebratum; & voluntatem defuncti duobus aut tribus testibus confirmatam, seruari oportere: desinit autem ita præcipere, posteaque publica potestate eiusmodi contractus vel testamentum iusta de causa infirmatum fuit, pari modo, stante ab initio rerum communione, ius naturale dictabat neminem prohibendum esse ab usu rerum, quibus indigebat, Introducta autem rerum proprietate, adeoque facta mutatione in obiecto, nam ius naturale contrarium dictat, videlicet furti iniuriam committere eum, qui extra extremæ necessitatis casum

quæ excipitur siquidem rerum diuisio iure gentium alio modo introduci non potuit, nisi hoc casu, quæ dicitur, *in extrema necessitate omnia communia* rem aliquam accipit, inuito illo ad quem proprie pertinet.

NB. In rerum diuisione, gentium iure instituta quædam omnium consensu communia manserunt, aër, imber, mare, & littora maris, flumina omnia, portus, publica sunt & communia, quare in his omnibus usus nauigandi & piscandi commune est. Rerum parum usus publicus est gentium iure, ideoque nautæ ad eas appellere, funes arboribus alligare, onus in mare reponere cuiuslibet, quamuis eiusmodi iura propria fieri per præscriptionem temporis immemoralis docent DD.

Vniuersitatis & non singulorum sunt, quæ inuitibus sunt; theatra, stadia: denique nullius sunt res sacræ; quod enim diuini iuris est, id in nullius hominis est. § nullius. Instit. de rerum diuisione. Fera, bestia, volucres, pisces, nullius sunt, sed simul acquisita ab aliquo captæ fuerint, iure gentium ipsius esse accipiunt. Quod enim ante nullius est, id naturalitate occupanti conceditur.

7 Ad acquisitionem dominij ordinariè duo requiruntur: Titulus & traditio: iuxta l. 3. ff. de acquirendo rerum dominio. Nancquam nuda traditio transfert dominium, sed ita, si venditio, aut aliqua iusta causa præcesserit, propter quam traditio sequetur.

Titulus est radix, & origo, seu ratio fundandi dominium.

Titulus acquirendi dominij alius est verus, & alius bona fide præsumptus.

Qui-

Quibusdam casibus solus Titulus sine traditione⁸ vel apprehensione sufficit ad acquirendum dominium, non item ad possessionem. 1. Sola collatione & acceptatione (etiam inter absentes) acquiritur ius in re, & quali dominium Ecclesiastici beneficij, ante eius apprehensionem. 2. Sola aditione hæreditas, ante apprehensionem legatario conceditur actio hypothecaria, ob realem obligationem, quam habet in bonis defuncti, vt ex ijs legitum sibi soluatur ad quemcunque possessorem deueniant. 3. Legatarius rei legata determinatæ dominium acquirit, quam primum hæres hæreditatem adiit. 4. Si alicui donatio facta sit, sub conditione, vt donatori alimenta præstentur; Donatarius autem conditionem negligat, dominium rei donatæ absque traditione reuertitur ad donatorem, vt à quouis possessore eam vendicare possit. 5. Ex titulo donationis, venditionis, aliove simili, sine traditionem acquiritur dominium Ciuitatibus, Ecclesijs, alijsq; pijs locis ob speciale priuilegium. Denique princeps si velit, donatione feudi potest in donatarium rei dominium transferre, absque eius traditione, vel apprehensione; quamuis id non exprimat, secundum communes leges donatio facta cenferi debet.

Quod verò in dictis casibus possessio non acquiratur, constat ex regula; quod *possessio, nisi naturaliter apprehensa sit, ad nos non pertinet*. Nam vt dicitur in l. naturalite ff. de acquirend. possess. *Nihil commune habet proprietas cum possessione*. Fieri enim potest & solet, hunc esse verum dominum, alium verò possessorem.

Hominis dominium tribus modis acquiri, sive⁹ feruicus constitui potest. Vel enim nascuntur se ai,

vel fiunt. Nascuntur ex ancillis : Fiunt vel iure gentium per captiuitatem ; vel iure ciuili per emptionem. Primus titulus est conditio natiuitatis. Hinc partus sequitur ventrem , seu conditionem matris, adeò, vt non considerato statu patris, ex serua serua ex libera liber nascatur. Ratio huius gentium conditionis est , tum quia mater ancilla propter partum subtrahitur seruitio domini, & sæpe mortis periculo exponitur; quare æquum est, vt pro hoc periculo de omni partus eius ad dominum ancillæ spectet, iuxta iuris Regulam 55. in 6. *Qui sentit onus, sentire debet commodum, & contra.* Tamen ob fauorem libertatis statutum est , vt siue mater solo tempore conceptionis, siue tempore natiuitatis, siue intermedium libera aut libertati donata extiterit, proles ingenua ex ea nascatur.

Quod verò attinet ad honores, nobilitatem & familiam, proles legitimè nata sequitur conditionem patris, dummodo mater serua non sit : cum enim ea nascatur seruus, non est capax ciuilis nobilitatis aut dignitatis. Quia quod attinet ad ius ciuile, *serui pro nullis* habentur. Natum ex patre nobili & matre ancilla, postquam libertati redditus est, patris nobilitatem recuperare existimat Sanchez; sed id nulli lege decretum. Secundus titulus est captiuitatis, qui in vltu iure gentium, sed per consuetudinem temporis diuturnitate stabilitam inter Christianos receptum est, vt si ipsi inter se bellum gerant, captiuentium serui non efficiantur, nisi sint infideles. Tertius titulus est emptionis ac venditionis, de quo infra tract. 4. cap. 17. num. 31. Adde, aliquem seruum fieri sententia Magistratus ob delictum.

Quod seruus acquirit, domino suo acquirit, nisi
ex cog

ea conditione datum sit, vt eius proprium maneat.

Serui fugere possunt à dominis suis, si in periculo ^{1 1} animæ apud ipsos versentur, neque obligati ad reuertendum, dum periculum tale perdurat.

NB. Serui (infideles) ad nullos actus legitimos, aut officia publica admittuntur.

NB. Serui originarij seu ascriptitij non sunt proprie serui, sed homines liberi.

Dominium in seruos est imperfectum.

Feræ animantes sub nullius dominio sunt, idè ^{1 2} primò occupanti naturali iure acquiruntur. Excipe animalia natura mansuera, vt canes, & animalia, quæ consuetudine cicurantur, vt columbæ, cerui, accipitres, dum consuetudinem ad dominum reuertendi retinent, ad naturalem verò libertatem & feritatem reuersi, sunt primò occupantis.

Examen apum, spectato iure communi, pisces, aperi & pleraque auium genera, quorum dominium quisq; acquirit capiendo; retinet verò, quamdiu, ipsius custodia coercetur; in libertatem deuenti, & difficile recipiendi sunt primo occupantis, nisi loci consuetudine aliud obseruetur.

Piscans in stagno aut riuis non committit furtum sed iniustum damnum, ad cuius compensationem obligatur, & in foro externo, inspecta qualitate facti puniri solet.

Fera taliter vulnerata, vt certo constet percussoris manus effugere non posse, ei tradenda est; si autem dubium sit, inter vtrumque diuidenda, secundum dubij proportionem.

N. Si vnus auilaqueum tetendit, & alter extrahit, tenetur extrahens reddere ei, qui laqueum posuit, si certò eam capturus fuisset, nisi alter

peruenisset. Habet enim ius extrahendi auem, quod proprio eam laqueo irretiuit, quamuis in exteriore foro aliter fortasse iudicabitur propter sententiam Proculi.

Si Princeps ius venandi in locis publicis iustro aliquo titulo proprium sibi vendicat, alijs merito interdicit, fundatus in libero consensu populi, aut voluntate temporis. Venatores autem ob primam decreti prauaricationem corporali poena afficere non potest. Ratio, quia crimen per se tam graue non est, ut tam magnam poenam mereatur, nisi officialibus principis minetur: nam hoc casu multum eius delictum aggrauatur, aut si contumacia crimina repetat, grauius punienda.

- 14 Iniquus venator captarum ferarum dominium **acquirat**, licet de damno illato in conscientia ferre teneatur, V. C. tantum restituendo, quantum moraliter aestimatur spes, siue ius capiendi, V. C. cerui, qui principem priuauit.

NB. Venari in loco publico, venationi Principum iuste assignato, est veniale, nisi graue damnum inferatur multas aut preciosas feras capiendo, vel reddendo eas fugaces, ut difficilis postea captura existant. Si enim ius in loco publico venandi principi competit, sequitur venationem alterius iniustam, siue contra iustitiam, ex genere suo mortale: ipsa; iniuria seu violatio iuris Principi competenti, magni aestimari solet.

NB. Venatori iniquo acquiritur ius in captam feram, quia non est intrinsecè iniusta actio sed solum extrinsecè, & non quatenus formaliter acquiritur

tiua huius iuris. Sic V.C Si vi aliquem iniusta adigas ad vendendum tibi equum, iniustus est ex parte tua contractus, & tamen validus, si quæ emptioni & venditioni substantialia adsint, videlicet mutuus cōsensus in mercem pro pretio: ita Magistrarus taliter aliis priuatis ius venandi interdicit, vt tamen non velit eos incapaces reddere acquisitionis domini ferarum.

Venatio clericis prohibita est, præsertim quæ cum armis atque tumultu instituitur, ratio quia de decet statum Clericalem, & auocat à grauioribus spiritualibus occupationibus, populoq; scandalum præber, maxime si fiat frequenter.

NB. Sola causa venationis spectata, non est mortale Clerico venari, in ò nullum peccatum spectatis circumstantiis loci & personarum, etiam in canibus exercitii causa.

Si princeps lege lata subditis venationem prohibeat, nulla interueniente pactioe aut renunciatione ipsorum, obligatus est ad damna cauenda, & illata ipsis refarcienda, secus si per liberum populi consensum, vel simili titulo iusto princeps ius venandi, vt proprie acquisiuit. Ratio prioris est, quia naturali iuri competit cuiuslibet defensio rerum suarum, etiam contra homines iniuriantes, ergò magis contra feras. Poster. Probat, quia hoc ipso, quod principi ex concessione aut quacunque dispositione ius venandi proprie competit, eo vti, vel non vti potest, sine cuiusquam iniuria, iuxta reg. 198 ff. *Nemo damnus facit, nisi qui id facit, quod facere ius non habet.*

NB. Limita hanc doctrinam i. Nisi fama & consuetudine firmata sit, quod populus ius venandi principum proprium reliquerit, ea lege, vt damna

Y 5 arceat,

arceat, vel illata resarciat. 2. Nisi immodica damna subditis passim inferantur; ad quæ sustinenda non est credibile populum consensisse. 3. Nisi appareat, populum alioquin valde grauari tributis, aliisque oneribus; vt accedentibus eiusmodi damnis, quæ inferis inferuntur, merito conqueri possint: Quia hoc seruitus populi est, quod non audeant feras capere in locis publicis, est veluti pars tributi: ergo necesse est, vt vel non nimis grauentur aliis tributis, vel seruitutem & damnum venationis eisdem imminui.

NB. Legem venationis prohibitoriam fere inter regalia computari videtur, id est, inter ea, quæ soli principi superiorem non agnoscenti competunt, iisque quibus princeps tale ius priuilegii concesserit: cui addenda debet præscriptio immemorialis, quippe quæ Priuilegii instar censetur.

NB. Titulus iustus venandi est belli iusti: Si princeps Prouinciam iustè occupauit, & expulsis rebellibus, terras illas inter benè meritos distribuit, vel in feudum concessit, aut emphyteusim, reseruato sibi iure venandi feras in eisdem terris.

NB. Damna illata in venationibus ab Imperatoribus & magnatibus resarcienda, si feræ arua subditorum depascantur, aut precio custodes alere debeant.

17 Columbaria licita sunt, quia non sunt noxia lumbæ, si leges & consuetudines loci obseruentur.

NB. Columbæ si redeundi consuetudinem amiserunt, primò occupantis fiant; Arte columbas adstrahere alienas est furtum.

18 Ciues siue incolæ in communibus locis ligna cedentes, contra Magistratus prohibitionem, obligantur ad pœnã, si deprehendantur non item ad restitutionem aliquam, nisi graue damnum intulerint.

NB. Ex

NB. Extranei qui non sunt de communitate cedē-
res, in ligna alienis syluis absq; consensu saltē tacito,
& notabile damnum inferentes, peccāt mortaliter.

NB. In priuatis syluis, viuariis, piscarē, aliquid af-
ferre, furtum.

In publicis fluminibus non est licitum absq; prin- 19
cipis consensu molendinum ædificare, ne impedia-
tur publicus vsus navigationis, sicuti nec in via pu-
blica. In priuatis autem seu propriis fluminibus id
concessum est, modo per nouum molendinum non
auferatur commodum naturale antiquiori, quod est
aque deflexus, arg. l. si manifestè. C. de seruit. vbi Bar-
tolus ait; quod in aquæ ductu antiqua consuetudo
seruanda sit.

Quod per alluionem fundo Titii adiicitur, ipsi- 20
us fit iure gentium Per alluionem autem iuxta Ga-
ium id videtur adiici, quod ita paulatim adiicitur, vt
intelligere non possimus, quantum quoquo momē-
to temporis adiiciatur. Alia ratio est, si per vim flu-
minis repentina adiectio fiat.

Reum dominium acquiritur nobis per specifi- 21
cationem (quod contingit, si ex lana, vestem; ex vuis
vinum, ex oliuis oleum confecit. Requiritur tamen
bona fides in adhibitione rei alienæ ab existimante
suam esse) per accessionē (quod contingit, si purpura
vesti meæ intexatur, aut gemmæ auro inseratur) ra-
tio, quia accessorium sequitur principale. succurritur
tamen domino, gemmæ, V. C. concessa illi actio-
ne ad exhibendum anulum, vt excludatur gem-
ma) per confusionem (quod contingit, si duorum
dominorum materiæ consensu casu confusæ fue-
runt, totum corpus ipsis commune efficitur
plumbo tamen argento mixto in rem actio dabitur)

PEE

per commixtionem, (quod fit, si cōmisceantur frumenta, si sine voluntate dominorum singulis competet actio in rem, quatenus apparet in illo acero cuiusque esse, differt à confusione V. C. Vinum cum vino, quod in commixtione corpora maneant separata inter se secundum substantiam, in confusione autem corpora in vnum coeant) per ædificationem (quod fit, si quis in alieno solo suam materiam ædificaret, illius enim ædificium cuius est solum, quod si verò quis in suo solo ex aliena materia ædificaret, dominus fit ædificii, quia omne, quod solo in ædificatur solo cedit. Veruntamen diruto ædificio materiae dominus eam vindicare poterit, nisi antea ipse pro materia satisfactum fuerit) per implantationem (sicut enim ædificia solo cedunt, ita multò magis plantæ & arbores, cum à terra sustententur, frumenta in alieno agro sata, tenetur Dominus agri solvere si bona fide actum, alias si lis oriatur, cuius sit arbor prope confinia plantata horti alterius, aut quantum nocumentum afferat, res decidenda à rusticis, ut per te agriculturæ peritis. Quod si arbor aliena meis arboribus officiat, & ei denunciatis, non obtinero succisionem, ego succidere & ligna tollere non prohibeor) per inscriptionem, literæ et si aureæ, cedunt moribus, idem dicendum de picturis, nisi tabulæ sit argentæ: tunc enim tabula erit principalior pictura accessoria.

NB. Res inuentæ, quæ nunquam dominum habuerunt, ut Gemmæ, insula, sunt primò occupantis venæ metallica, quæ in proprio fundo nata, iure gentium sunt domini fundi, seclusa speciali consuetudine. Res inuentæ, quæ dominum habuerunt & caræ, quia pro derelictis habentur, & sine animo recuperabilia,

perabilia, iure gentium sunt primò occupantis.

Quæ in mare iacta ob naufragii periculum & incendio erepta sunt, nisi ex circumstantiis coligi possint, ea pro derelictis habita, puta, quia domini quaerere contempserit, aut non curarunt amplius, proprius dominis restitui debent, postulata laboris & industriæ compensatione. Ratio, quia Dominus rei suæ dominium non amittit, nisi consentiat, siue eam pro derelicta habeat. Compensationem tamen laboris sui, æstimationemque periculi iure exigere potest, qui domini negotium ita utiliter gessit, & inter ea, dum offertur, veluti pignoris loco rem retinere.

Thesaurus in proprio fundo, vel in publico loco inuentus ad inuentorem spectat iure gentium: arte magica repertus, in pœnam criminis fisco adiudicabitur per Iudicis sententiam.

Si in alieno fundo casu inuentus, partim ad inuentorem, partim ad fundi dominam pertinet; si de industria in alieno fundo, non tenetur totum dare domino ante sententiam, quia est constitutionis pœnalis; si sciens thesaurum, emas agrum, est tuus totus thesaurus, iuxta verba Christi, Matth. 13 Cum enim in fundo non natus, sed positus fuerit, idè pars siue fructus fundi censetur, neq; ad dominium alicuius pertinere, antequam eriatur.

NB Nomine Thesauro intelligitur vetus defossio pecuniæ, ad excipiendam pecuniam, quæ nuper tempore belli abscondita, illius est, & illi restituenda, qui abscondit.

Emptor vestis deprehendens aurum reddere tenetur, quia in contractum venditionis non venit aurum propter ignorantiam. Esto emptor cum bona fide triennio possederit, nesciens aurum absconditum;

tum;

tum; dici nequit, cum præscriptione dominium ab
quisiisse. Is enim, qui nescit, non possidet aurum, sine præ-
sensione autem nulla est usucapio.

NB. Thesaurus etiam in loco publico & sacro in-
uentus, est totus inuentoris.

- 24 Res inuentas, quarum dominus ignoratur, post
diligentem inquisitionem, inuentor retinere, ac de-
mum absumere potest secundum probabilem sen-
tentiam, quia nec iure Ecclesiastico id constat, cum
solum id agat, de iniuste acquisitis, quorum dominus
non possunt restitui, pauperibus restituenda, ne ius
naturali; quia ius naturale est, quod apud omnes ge-
tes obligat, non autem omnibus gentibus inest ha-
persuasio, res inuentas pauperibus esse dandas, nec
omnes Catholici (taceo hæreticos) cum rem quampiam
amiserunt, talem cogitationem suscipiunt, ut ab in-
uentore pauperibus tribuatur, sed ut sibi potius, si e-
repetere contingat, restituantur, alias habeantur per-
derelictis.

Post alienationem rei inuentæ, inuentor nihil restitu-
ere tenetur domino cõparenti, nisi quatenus inuen-
tor locupletior inde factus, idem dic de pauperibus.

- 25 Bona vacantia (quorum dominus sine testame-
to decessit, nullo relicto hærede) ad fiscum devolu-
tur, & quandoque in causas pias erogari debent
videlicet peregrinus ignotus absque testamento
cedat.

C A P. VI.

De Usufructu, usu & habitatione.

- 1 **U**sufructus est ius vtendi & fruendi re aliena,
salua eius substantia; distinguitur à iure, quod
creditor

creditor habet in pignore; depositarius in deposito, quod
uti concessum non est.

Inter Vsum fructum & vsum discrimen est, quod 2
Vsufructuarius fructus omnes percipere potest, ex
re fructifera, etiam pensiones, ac reditus ex ædificiis,
areis, lapicidis, modo agriculturæ non obsit. Vsu-
arius autem talem fructum non habet. Idem vsufru-
ctuarius potest alteri rem frugiferam locare, non au-
tem vsuarius.

Vsufructus propriè non constituitur in rebus vsu 3
absumptibilibus, pecunia, frumento, vino, &c. Sed
quasi vsufructus, vt si vxori maritus leget vsufru-
ctum omnium rerum absumptibilium, vxor debet
cautionem præstare, vt post mortem vxoris hæredi-
bus mariti earum æstimatio reddenda sit.

Vsufructuarius sine consensu domini rem, in qua 4
vsufructum habet, absolutè alteri donare, vende-
re non potest: Solam autem vtilitatem rei alteri ce-
dere non prohibetur, saltem ad vitam ipsius vsufru-
ctuarii.

NB. Impensæ, quæ ratione fructuum percipien-
dorum fieri debent, collectæ, tributa, & similes rea-
les præstationes, quæ pro re fructuaria debentur, v-
sufructuario incumbunt: nam *secundum naturam est,*
vt qui sentit commodum, sentiat & onus.

Vsufructus finitus; primo; si vsufructuarius v- 5
sufructum proprietario cedat, & vice versa. 2. si res
tota pereat, V.C. domus incendio, tunc enim non
retinetur vsufructus in areis; 3. Si tempus finitum,
ad quod vsufructus alteri concessus. 4. morte v-
sufructuarii civili vel naturali, Communitati reli-
ctus Vsufructus, extinguitur spacio centum an-
norum.

Si Vsu-

6 Si Vsfufruētarius Religionem profiteatur, immo-
bilitatem bonorum capacem, vsusfructus ad Monaste-
rium deuoluitur, quia vsusfructus sequitur personam.
Si autem profiteatur Religionem incapacem stabili-
tatem reddituum, vsusfructus cum proprietate con-
iunctus datur, & transit ad hæredes ab intestato.

7 NB. Vfus est ius vtendi tantum (non fruendi) re-
liena, salua substantia. Cui enim vsus horti tantum
concessus, is non potest omnes fructus decerpere
absumere, aut alienare, sed solum deambulare in il-
lo, poma, olera, &c. ad suum vsum & familiae accipere.
Item, qui nudum vsum habet iumentorum, non
potest percipere fetus, aut lanam, (vtpote fructus
neclac nisi modicum ad victum quotidianum, potest
autem bobus vti ad stercorandum.

Vfus proprie dictus, habet locum in rebus non
usu absumptibilibus.

NB. Ius vsus dependentis à domini arbitratu
iam in rebus usu absumptibilibus locum habet.
Ordo Minorum S. Francisci nullum acquirit domi-
nium ex elemosynis, sed solum imperfectum, & de-
pendens à voluntate dantium vsque ad consumptionem:
bona verò donata, supellex, libri, hortus, &c.
mus ad sedem Apostolicam pertinent.

Alii religiosi omnes habent solum vsum libri-
rum, vestium, &c. cumque dependentem à volun-
tate praelatorum.

8 Ius habitandi plus est, quam merus vsus ædium.
Nam habitator habet ius ædes alteri locandi pro
precio, vsuarius ædium verò non habet aliud ius, nisi
si vt ipse cum familia sua inhabitare possit.

¶ (?) de

¶

CAP.

CAP. VII.

De Possessione.

Possessio est detentio rei corporalis, corporis, animi, iurisque adminiculo. 1

Possessio acquiritur apprehensione rei, vel vera, vel ficta. Apprehensio vera, si mobilis sit, fit manibus, pedibus; si immobilis, saltem secundum partem, quoad agrum, domum. Apprehensio ficta, ex iuris dispositione vel fictione fit. 1. per actum pristinum possessoris, ostendendo, V.C. aedes, Ecclesiam, vel tradendo claves, annulum, pileum, aut simile signum vacantis possessionis acquirendae, requiritur tamen praesentia rei, puta, aedum, horrei, Ecclesiae, &c. Nam alioquin sola inuestitura per pileum, enssem, clauem, non tribuit possessionem, sed ius possessionis accipiendae, vel denique tradendo instrumentum scriptum, quo continetur, V.C. ius donatoris donare volentis, neque opus est conspectu, seu praesentia rei ad eius possessionem tali modo acquirendam. 2. acquiritur possessio iuris fictione, si pristinus possessor post contractum donationis, venditionis, &c. significet, se possessurum nomine donatarii, vel emptoris, seu absolute, seu veluti usufructuarium. 3. per actum noui possessoris, si rem emptam proprio nomine signet. 4. Per iudicis auctoritatem, solo aspectu rei praesentis, si tradens eius custodiam, vel administrationem habeat, vt collator Ecclesiastici beneficii.

NB In absentia rei, si ob aduersarii vires, aliudue impedimentum, V.C. pestem, accessus ad illam non sit, possessionem à Iudice per sola verba tradi possent Contruuias.

Z

Possessor

3 Possessor rei non censetur, qui non ut suam possidet, sed ut ad alterum pertinentem, V.C. qui rem conductam, commodatam, depositam, penes se habet, non est eius possessor, nec usufructuarius, emphyteuta, vasallus, rei proprietatem, non suo sed domini loco possidet. Utile autem dominium possidet usufructuarius, cum ea ipsi possessio sufficiat ad prescriptionem, & alia remedia iuris.

4 Ad acquirendam possessionem corpus & animus requiritur; sed ad retinendum plerunque sufficit solo animo, seu civiliter tantum possidere; non sufficit tamen solo corpore insistere, si animum possidendi deposuisti. Amitti enim solo animo possessio potest licet acquiri non potest. l. si quis vi. §. differentiam eodem.

Coroll. Si Titius à fundo, quem hactenus possederat, discessit; eoque absente, alius in possessione fundi inuolat, Titius possessione fundi non ante relinquitur, quam; re cognita, animum possidendi in possessionem recuperandi deposuerit: si autem non reperit, ad recipiendam naturalem possessionem non accesserit, aut accesserit quidem, sed repulsum passus fuerit: tunc civiliter quoque possidere, de iure. NB. Hinc duplex est possessio, civilis est in solo animo retinendi, naturalis in eo est, qui possessionem tanquam sua sit, apprehendit, dum alius absentem eius possessionem tenet.

NB Dicitur iuris adminiculo; nam ut apprehensio rei, corpore & animo facta, possessionis ratione nanciscatur, necesse est, quod ius non refragetur. Quibusdam enim casibus impedit, vel resistit, ne possessio oriatur, V.C. ne laicus acquirat possessionem loci sacri. Possessor iniustus, non est propriè possessor.

Iudicium

Iudicium (siue lis quæ in externo foro instituitur) §
aliud est de possessione, & dicitur iudicium posses-
sorium, & lis prius instituitur, quia, vt inquit Iustini-
anus. *Et civilis & naturalis ratio facit*, vt alius possi-
deat, & alius à possidente petat. Aliud est Iudicium
de proprietate rei, quod dicitur iudicium ~~non~~ peti-
torium, quia in eo actor petit à possessore, rem sibi
adiudicari, tanquam domino, vel saltem ius ad rem
habeat.

NB. Commoditas possessionis est, vt cum obscu-
ra sunt iura vtriusq;, contra petitozem iudicari solet.

Possessor intentionem suam fundatam habet, nisi 6
ius commune illi resistat, tunc enim onus proban-
di possessori incumbit; nam Reus probare, & cau-
sam siue titulum dicere debet, cum præsumptio est
pro actore.

NB. Si possessio, cui iura resistunt, titulo adiuue-
tur, vel tempore immemoriali facit pro possessore.

Remedia possessoria prætoria æquitate introdu- 7
cta sunt, quæ interdicta dicebantur, quorum alia
sunt remedia possessionis adipiscendæ causa compa-
rata, alia retinendæ, alia recuperandæ. Interdictum
seu remedium adipiscendæ possessionis hæredi tri-
buitur, vt post aditam hæreditatem, mittatur in pos-
sessionem omnium bonorum, quæ defunctus tẽpo-
re mortis possidebat. Interdictum seu remedium re-
tinendæ possessionis, possessori inseruit, qui litis cõ-
testatæ tẽpore rem siue mobilẽ, siue immobilẽ, nec
vi, nec clã, nec precario se possedisse probauerat. v. c.
Si Titius te absente & ignoratẽ possessionẽ tuam clã
& furtiuẽ ingressus est, postquã id rescisti, cõpetit tibi
interdictum seu remedium, *vti possidẽtis*, ad retinẽdã
possessionẽ ciuilem, & expellendũ alterũ à naturali,

Iudicis vel prætoris autoritate. Denique per litem dictum recuperandæ possessionis, pristinus possessor restituendus est, si probauerit alterum vel vitia, vel clam & furtiuè vel precariò (id est, concessione ipsi ad certum tempus vel usum facta) possessionem nactam esse.

- 8 Qui civilem possessionem retinet, eam ab iniuriatore, aut spoliatore, etiam vi adhibita, quare necesse est, defendere potest, ac proinde furcientem persequi, & rem ablatam vi adhibitam recuperare.

Hæc violentiæ repulsio, etiam possessori in fundo, V. C. concessa est cum moderamine inculpata tutelæ, vt si vi suo iure prohibeatur V. C. iterare, exercitum traducere, &c. non tantum contra personalem resistentiam se tueri poterit, sed etiam legis contra realia obstacula, puta fores & mœnes fringendo, sepes perumpendo, &c. Cum enim nunquam licet ius possessionis suæ defendere, licet etiam ea agere, quæ ad defensionem eius iuris necessaria sunt, seruata debita moderatione. Nam *cessum est principale, eidem etiam præparatoria adhiberi debent.*

Aliquando ratione scandali non licet armis ferre (contra charitatem) contra iniuriosum reuocatum, cum vel via iudicii, V. C. remedio in iudicio possessorii vel alio modo mitiore in possessionem iuris sui se restituendum speret.

- 9 Qui alienam possessionem inuadit eo ipso in pœnam priuatur iure, si quid in re habet.

CAP. VIII.

De Exceptione, Prescriptione, ac Vsucaptione.

EXceptio est exclusio seu potius debilitatio actionis intentatae, V. C. Si Titius aduersum te actionem instituat ad soluendum precium pro vendito tibi equo. Fundamentum & intentio huius actionis est venditio, tū verò ex duobus modis contra eum te defendere poteris. 1. Si neges equum tibi venditum esse, per quam defensionem aduersarii intentio, & fundamentum actionis excluditur, & onus probandi aduersario imponitur. 2. Si fatearis quidem equū tibi venditum esse, sed opponas precium te soluisse, tum diceris contra aduertarium excipere, eiusq; exceptionis probatio tibi incumbit. Porro exceptionē à teo conuento appositam interdum Actor contraria exceptione retundit, quæ dici solet replicatio, & hanc iterum reus exceptione impugnat, quæ duplicatio appellatur, & sic deinceps triplicationes, quadruplicationes dari possunt.

Duplex est Exceptio. 1. peremptoria, per quam actio perpetuo excluditur; exemplum supra. Dilatoria, per quam actio non perpetuo excluditur, sed solum respectu certi loci, personæ, vt si reus opponat Iudicem non esse competentem, tum enim actio nō omnino excluditur, sed respectu huius tribunalis, diciturq; exceptio declinatoria fori.

Præscriptio est exceptio peremptoria ex tempore legibus definito, substantiam capiens.

Vsucazio est acquisitio dominii per continuationem temporis, lege definiti. Vnde colligitur præscriptionem esse quasi fructum vel effectum vsucapionis. Nam ideo, quod aliquis longa & pacifica rei possessione

Z 3 sessione

17
fessione dominium acquisivit; Contra pristinum dominum, rem eandem repetentem, exceptionem opponere potest.

NB. Beneficium praescriptionis ob bonum publicum introductum est, i. ne diu & ferè semper quaedam rerum dominia incerta essent, & ut aliquis in finis esset. 2. Ut hac ratione segnitie hominum, & ac iura sua actione prosequi intermittentium, ac tur.

4 Bonae fidei possessorum, post legitimi temporis decursum, plenum rei dominium omni iure accipit. Ad fundamentum Adriani, qui contrarium dicit, respondetur; Non ob solam pristini dominii negligentiam, sed multo magis ob alias causas, ad bonum publicum spectantes, beneficium usucapionis publicis legibus constitutum esse. Nemo autem dubitat, quin Principi ius competat de subditorum rebus ita decernendi, sicuti Reipub. utilitas exigit. Accedit, quod cum in iure mentio fit culpae vel negligentiae pristini possessoris, sermo non sit de proprio dicto peccato, sed de culpa civili, quae saepe simpliciter tantum, & inuoluntaria omissa est, & nihilominus aliquo modo civiliter puniri potest, ad aliorum industriam excitandam.

5 Ad praescribendum seu usucapiendum requiritur in primis possessio civilis; sola autem naturalis non sufficit. Nam sine possessione praescriptio non procedit, ut in 6. Hinc commodatarius, Colonus, depositarius &c. non possunt praescribere, quamdiu alter civilis possessionem retinet. Emphyteuta & Vasallus possunt solum praescribere usumfructum.

6 Non plus aliquis usucapione acquirere potest, quam possedit. Ob praesumptionem tamen, si iura possedit

non resistant, ex vno iurisdictionis actu colligi poterit ius totius iurisdictionis, v.c. Exorto dubio, de aliqua parochia, ad cuius Episcopi diœcesin pertinere debeat, adiudicabitur illi, qui in illo loco actum Episcopalem exercere solitus fuit.

NB. Subditus, qua subditus non potest præscribere aduersus ea, quæ potestas gubernatiua intrinsecè requirit, puta, vt legibus non teneatur, vt à Superiore nunquam iudicetur, vt à tributis ordinariis immunis sit. Potest tamen aliquis temporis diuturnitate, contra superiorem præscribere immunitatem, qua desinet esse eius subditus, potest etiam subditus partem aliquam Iurisdictionis, quæ alioquin communi iure superiori cõperit, cum bona fide præscribere, v.c. Capitulum vt in prima instantia suos Canonicos & Officiales iudicare possit, sed requiritur ad hoc possessio temporis immemorialis, vel 40. annorum, cum titulo colorato, quandoquidem præsumptio iuris suffragatur principi, Episcopo.

Incapax possidendi est etiam incapax præscribendi, quamobrem iura Ecclesiastica à laicis nullo etiam immemoriali tempore vsucapi possunt, vt sunt decimæ clericales, Iurisdictionis in personas & bona Clericorum.

NB. Licet laici incapaces sint possessiones eiusmodi iurium proprio nomine & autoritate, capaces tamen fieri titulo priuilegii, vel concessionis factæ à potestate habenti, videlicet summo Pontifice, quia tales tituli requiruntur ad possidendum; ergo etiam ad præscribendum. NB. Quod Iuristæ dicunt consuetudinem immemoriam loco tituli esse, id verum est, si quis absque titulo seu speciali priuilegio capax sit possidendi & præscribendi, alioquin

non. Nam consuetudo mera, seu meri facti possessio absq; titulo à legibus reprobata inutilis cenetur.

8 NB. In actibus meræ voluntatis præscription non procedit. Hinc Iureconfulti; Quod per actus liberè inducitur præscriptio, id est, dum aliquis liberè, & tanquam ex obligatione aliquid mihi præstat, non possum præscribere, cum non sim in possessione eius erga ipsum, v. c. imponendi ipsi seruitia, & annuas præstationes mihi obligato.

NB. Vasallus aut subditus nunquam præscribit contra dominum ius seruitiorum, v. c. angariarum nisi interpellatus negauerit ea dare, & nisi re ipsa præscriptio immuni aut exempto se gerat & habeatur. Cum enim in arbitrio principis sit, vtrum seruitia exigat velit, nec ne, non ideo præcisè, quia temporis duratione non exiguntur, alter in possessione immunitatis constituitur. Quod si dum ab aliis exactio à quibusdam non fiat, præsumptio esse solet pro exemptione.

9 Si colonus tempore longissimo Canonem (in emphyteuticum) non soluit, existens in possessione immunitatis absolutè contra dominum præscribere potest. Posito, quod creditor seu dominus 30. annis quieuit, omne ius annuæ præstationis per præscriptionem extingui potest. Certissima etiam est, quod iura immunitatis aduersus annuas exactiones præscribi possunt, modo adsit possessio, bona fides, & temporis legitimi decursus. Nam hoc modo contra ius quartæ decimarum episcopis debita, 40. annis præscribi potest, item ius immunitatis à decimis soluendis, vniuersim vsucapi potest 40. ann.

10 Mala fidei possessor (sciens alienam esse, seu male conscientia) nullo vnquam tempore præscribit. Id vero

verò ordinariè præsumendum est, aliquem bona fide possedisse, præsertim si possidentis titulus aliquis prætendatur, quia non faciliè præsumi debet peccatum.

Nisi contra ius commune rei possessionem aliquis acquisierit, vel possessionis suæ nuper acquisitionem nullam afferre possit, aut si ipsi denunciatio facta fuerat, rem esse alterius, ille autem veritatem inquirere neglexit.

NB. Possessionem & vsucapionem bona fide ceptam, dubium superueniens non vitiat, seu interrumpit. Ratio, quia in dubio melior est conditio possidentis, quam obrem stante tali dubio speculatio, formati potest conscientia certâ seu bona fides, tali casu rem retineri, imò & absumi posse. Hinc, Etiam si primi, possessionem aliquam contra iura accipientes, præscriptionem inchoare non potuerunt, tamen eorum successores vsucapere posse, qui hoc ignorant; ideoq; bonam fidem habent, ob præsumptionem, quam etiam in dubio habere possunt, interuenisse legitimum titulum vel priuilegium. Nam qui in alterius locum succedit, iustam habet ignorantia causam reg. 42. ff.

NB. Bona & mala fides dupliciter accipitur. 1. Theologicè, quod est bona fide possidere rem sine peccato, quod non sufficit, sed 2. requiritur bona fides ciuili consideratione. Cum enim ius seu commodum vsucapiendi legibus ciuilibus, approbante etiam iure canonico, boni publici causa iure introductum sit, ideò ubi lex vsucapionem inhihet, bona fides Theologica vsucipienti nihil prodest, ait Pomponius. Hoc etiam sensu dicitur in l. sed et si: *Post litis contestationem omnes mala fidei possessores esse;* intellige ciuili considera-

deratione : propterea quod leges ab eo tempore usucapionem procedere verant.

I I Error facti, sed non iuris, quamuis invincibilis sit, usucapi potest, iuxta l. 31. ff. de usucap. Nunquam in usucapionibus error possessoribus prodest. Et l. 2. ff. pro emptore. Si à pupillo emero sine tutoris auctoritate, quem puberem esse putem, dicimus usucapionem sequi, &c. Quod si scias pupillum esse; putes tamen pupillis licere res suas sine tutoris auctoritate administrare, non capies usu, quia iuris error nulli prodest.

Simile est, si emas à Prælato, rarus Capitulum confensisse, cum non consenserit, potes præscribere: Si verò arbitratus fuisti, capituli consensum non requiri, præscribere non potes. Ad fundamentum Contrarium opinantium. Responf. Ad usucapiendum requiri quidem bonam fidem Theologicè, id est, bonam Conscientiam; sed eam non sufficere, si adsit mala fides civiliter, id est, quæ ritium aliquod ex lege habet, prohibente præscriptionem.

Excipiuntur tamen ab hac sententia, qui incognitè ignorant ius civile: Milites minores 25. annis Rustici non habentes copiam consultoris. Non ideo legum civilium laeores iuris ignorantiam commodis acquirendis prodesse nolunt, ut subsidia evitentur, & homines ad legum scientiam excitentur: consequenter si in quibusdam personis iuris tolerantia ignoratur, eaque etiam inculpatè theologica sit, tunc bonam fidem inducere poterit, quæ omni iure ad usucapiendum sufficiat.

NB. Quod si ignorantia iuris dubij sit, seu circa quod

quod diuersæ sint Doctorum probabiles opiniones: talis enim ignorantia bonæ fidei possessionem impedire non debet, quo minus vsucapere possit. NB. Præterea, dum scis te alienam rem possidere: ex empto aliaue personali actione debitorem esse, vel ius ædificium tollendi fenestram aperiendi, V.C. quæ sunt obligationes ad agendum vel non agendum tibi nullum competere, præscriptionem nec inchoare, nec perficere potes, quia mala fide vteris.

Obligationes quæ solum sunt ad patiendum, præscriptione temporis legitimi extinguuntur, sola actoris negligentia seu cessatione, etsi reus obligationem suam non ignoret, Exempla habes I. In legibus pœnalibus non obligantibus reum ad solvendam pœnam ante Iudicis sententiam, seu exactiorem, sicut cernere est in pœna commissi ob vectigal non solutum. Nam fiscus, post elapsum sine litis contestatione quinquennium, res sibi amplius vindicare non potest: talis est etiam actio iniuriarum, aliæque prætorix, quæ anni spacio extinguuntur. II. In actionibus, quæ iure civili inuentæ, certoque temporis spacio definitæ sunt, V. C. aduersus venditorem, rei venditæ vitium, etiam sine dolo reticentem, competit actio *redhibitoria*, vel *quanto minoris*: quarum illa semestri, hæc anni spacio extinguuntur, manente nihilominus naturali obligatione, ad damni compensationem. III. Seruitutes rusticæ extinguntur per solum non vsu tempore legibus definito, etsi is, qui præscribit, probè sciat alteri tale ius competere, pura itineris, vel actus per fundum alienum: Non enim vi talis seruitutis dominus vi cogitur admo-

nere alterum, ut iure suo utatur, sed pati tantummodo si utatur. 4. Eodem modo actio hypothecaria, praesertim in generali hypotheca fundata, post lapsum temporis legitimi institui amplius non possit contra tertium possessorem, puta bonae fidei & absque fraude emptorem; etsi tempore currentis praescriptionis probè sciuerit, rem oppigneratam esse: cum neq; hic teneatur ad aliquid agendum, sed solum ad patiendum, ut à se vindicetur, si debitor excussis bonis suis, soluendo idoneus non reperitur.

Tertia conditio ad usucapiendum frequenter requisita est titulus rationabiliter praesumptus (nam verus non est necessarius) puta quia aliquis rem emit, dono aut hereditate accepit, probabiliter arbitratus, dominum esse, à quo accepit. Talis enim dicitur possidere & usucapere pro emptore, pro haerede pro donato, legato, & omnino ut suo. Interdum tamen opus non est titulum possessionis nosse, aut ostendere posse; cum nihilominus bona fides consistere, & usucapionem temporis diuturnitate petere queat. Ratio, Quia facile etiam in proprio facto ex temporis longinquitate obliuio contingit, ut dicere aliquis non possit, quo titulo rei possessio ad ipsum deuoluta sit. Quare in dubio, bonae fidei, iureque praesumptio stat pro possessore, dummodo ista pax sit.

- 3 Res mobiles triennij spacio usucapiuntur cum titulo & bona fide, etiam contra Ecclesiam Rom. Excipere res furtiuas, ad quarum usucapionem requiruntur 30. ann.

NB. Res mobiles sine titulo Usucapiuntur, aduersus quemlibet, etiam Ecclesiam, quia non

non constat de priuilegio) spacio 30. anno-
rum.

Res immobiles cum titulo vsucapiuntur inter
presentes (id est, in eadem prouincia, sub eodem re-
gimine domicilium habentes) decennio : Inter ab-
sentes (id est, qui domicilium sub diuerso regimine
habent) spacio viginti annorum. Excipe, si res im-
mobilis ; à malæ fidei possessore pacto aliquo ad te
translata sit , tunc enim requiruntur 30. anni.

Loquimur autem hic de bonis priuatorum : nam
bona tum immobilia, tum mobilia fisci, quæ fisco in-
corporata & acquisita sunt, non præscribuntur, nisi
tempore longissimo, puta 30. vel 40. ann. Quod si fi-
sco non incorporata, sed vacantia sunt ; si non sunt
denunciata fisco, præscribuntur tempore ordinario,
si denunciata, requiritur tempus quadriennij. Si au-
tem ob crimen fisco commissa sunt, puta ob vctigal
non solum, aut ob crimen læsæ maiestatis, aut Ma-
giæ : si loquimur de fisco seculari, omnis actio spa-
cio 3. ann. extinguitur, si de Ecclesiastico fisco, tunc
requiritur spatium 100. annorum.

Secundò aduersus Romanam Ecclesiam præscri-
bitur 100. ann. spatium. Tertio, aduersus inferio-
rem Ecclesiam, Hospitale, Monasterium 40. ann.
Quartò, aduersus Monasterium S. Benedicti, & Or-
dines eorundem priuilegio gaudentes 60. annis.
Quintò Bona legata, donata, vendita ciuitatibus, &
quæ ad coronam regni vel prouinciam spectant 100.
ann. Sextò, alienatio feudi sine domini consensu
facta, alteri quamuis bona fide accipienti præscri-
ptione non obstante, reuocari potest à domino.

Res immobiles sine titulo vsucapiuntur tempore 14
longissimo, 30. 40. 60. vel 100. annorum, iuxta diffe-
ren-

ren-

rentiam eorum; aduersus quos vsucapio procedit excipit nisi ius commune resistat possessori, vel aliunde vehemens suspicio sit, possessionem mala fide, vel ex iuris errore acquisitam esse, tunc necesse est ostendere vel titulum apparenter iustum, per quem elidatur praesumptio malae fidei, vel ostendere tempus possessionis immemorialis, id est, cuius initij nulla memoria existat. Nam talis immemorialis possessio inducit praesumptionem tituli, vel accepti priuilegij, si capacitas sit in praescribente, nam *vetustas semper pro lege habetur*. In in princip. ff. eod. V. C. Si Episcopus alienae diocesis Ecclesiam, vel decimas tempore immemoriali possideat: Si regulares beneficia, tanquam regularia, cum Episcopi prauiudicio absque titulo tempore immemoriali teneant. Si laici a soluendis decimis pari antiquitate immunes sint, vel diocesis ab ordinaria Iurisdictione exempti: Si inferiores Duces tributa imponant, monetas cadant, vectigalia imponant, vel similia faciant, quae ad merum Imperium spectant, & supremo principi tanquam specialia eius priuilegia, competunt.

- ¶ 5 Praescriptio immemorialis plura specialia commoda habet. Nam non censetur comprehensa statuto aut lege, quamuis generalibus verbis prohiberi fieri praescriptionem; puta, *nulla praescriptione obstantis*, quia haec praescriptio desiderat specialem derogationem, quae fieri non solet. Praeterea praescriptio immemorialis nullum definitum annorum tempus requirit, sed probari debet per testes, quod (senes qui iam viuunt) *semper viderunt & audierunt ita esse, neque vnquam contrarium, & quod communis est & fuit semper opinio*

opinio ac fama de hoc facto, neque ex ter contrarij vel in itij memoria.

NB. Quod dixi de rebus immobilibus, intelligi debet de præscriptione rerum incorporalium, siue iurium, puta vsusfructus, annuæ præstationis, iuris patronatus &c. quæ proinde 10. annis inter præsentis, 20. ann. inter absentes, cum titulo colorato absoluitur, absq; titulo 30. ann. modo tamen obseruetur diligenter, quo tendat præscriptio, an contra Ecclesiam, aut Principem, tunc enim 40. ann. aut possessio interdum immemorialis requiritur.

Triennio possidens beneficium Ecclesiasticum cum bona fide ius in eo acquirit. 16

NB. Debita omnia aduersus actiones ciuiles, tam reales quam personales, cum bona fide saltem longissimo tempore, puta 30. ann. præscribuntur. Excipitur verò actio hypothecaria, quæ 40. an. tollitur, si ipsemet debitor eiusque hæres possessor sit.

Præterea omnis actio seu accusatio criminis, 20. ann. decursu à die commissi criminis præscriptione tollitur. Quoad adulterium & crimen peculatus absoluitur præscriptio spacio 5. annorum.

Successor in possessione numerare etiam potest tempus antecessoris sui, si is bona fide possedit, secus si mala fide. 17

NB. Si mutatio accidat in personis, contra quas præscribitur, puta si fiscus vel Ecclesia succedat priuato in hæreditate bonorum, tunc vsucapientia liquid ex tali hæreditate bonorum, computandum est tempus, secundum proportionem respectivam; ita vt si medietatem vsucapionis compleuerat

uerat ante mortem personæ priuatæ alteram medietatem competere teneatur iuxta priuilegium succedentis, videlicet si vsucapiens, an. fundum bonæ fidei possederat, ante successionem Ecclesiæ; postea medietate temporis quadragenarij, quo contra Ecclesiam præscribitur, nempe 20. annis opus habet ad vsucapionem complendam.

18 Mala fides antecessoris nocet successori vniuersali siue hæredi, quominus is vsucapere possit; Ratio, quia hæres cum defuncto quasi vna persona censetur, quod si vniuersalis possessor sit bonæ fidei, etiamsi antecessor malæ, potest præscribere tempore longissimo, id est, annis 30.

19 Vsucapio semel cæpta, interdum currere definit, postea iterum processura. Præscriptio autem dormit tempore belli & pestis, si ius non dicatur, vel homines alio diffugiant, vel Ecclesia careat Episcopo, habeat inutilem ad agendum, puta, si is, cuius ius præscribitur, agere non possit, puta filius comparatione bonorum aduentitiorum, vxor comparatione bonorum dotalium, quarum plenam administrationem, & quasi dominium maritus habet.

NB. Vsucapio omnino interrumpitur, si possessio vel bona fides amittatur, vel possessori litis moueatur, & contestetur; si tamen actor litem desinat, vel in ea succumbat, non censetur interrupta vsucapio.

20 Si res Minorum temporis diuturnitate vsu cæptæ sint, concedatur illis beneficium restitutionis in integrum, continuo quadriennio, à die, quo natiuae maiores facti sunt.

21 Exemplo Minorum simile restitutionis beneficium competit Ecclesijs, alijsque locis pijs. Et habet hæc

hæc restitutio in integrum etiam locum aduersus alteram Ecclesiam.

Si quis Reip. causa absens fuit, vel in hostium potestate constitutus erat, vel alio legitimo impedimento detentus, quò minus res vel iura sua, dum contra eum vsucapio currebat, repeteret; Prætoria æquitate in integrum restituendus est, quadriennio a die cessationis impedimenti.

Qui rem legitime vsu cepit, etsi ob iuris ignorantiam postea nihil excipiens restituat, repeteri tamen potest; tanquam omni iure indebitam. Nam iuris ignorantia etsi non excuset, cum agitur de acquirendo, excusat tamen, cum agitur de damno rei acquisita iuxta reg. Papiniani l. 7. ff. de iuris & facti ignorantia. *Iuris ignorantia non prodest acquirere volentibus; suum vero petentibus non nocet*: at qui per vsucapionem dominium rei plenè transfertur in vsucapientem, iuxta Tholosanum; *sicut traditione; ita & vsucapionem nostram facimus*. Quare in l. omnes, C. de præscript. dicitur: Eum qui vsucepit, *plenissima munitione securum esse*. Sequitur ergò hinc; quod qui rem vsucapione sibi plenè acquisitam, ob iuris errorem, pristino domino restituit, nihil obesse sibi debeat; sed tanquam solutum tam ciuilitè, quam naturaliter indebitum, condicere siue repeteri iure possit.

C A P. IX.

De seruitutibus, eorumq; præscriptione.

TRiplex est seruitus, 1. Personalis, quæ à persona personæ debetur; videlicet ius, quod dominus habet in seruo seu mancipio, cuiusmodi ius ser-

A a

uutu-

uitutis nunquam praescribitur, quia aequitas non patitur, ut aliquis propter errorem temporis diuturnitate ex libero seruus efficiatur. Contra libertas 20. annorum spacio bona fide praescribitur. 2. In seruitus mixta, quae a re personae debetur, Vt fructus, habitatio & usus, cum haec a subtilitate rei siue proprietate separata legis aut hominum dispositione alicui constituuntur. Et talis seruitus praescriptione comparatur cum bona fide seruituti 10. annis inter praesentes, 20. inter absentes, sine titulo tempore longissimo 30. annorum.

2. Seruitus 3. realis (quae a re rei debetur) est duplex, urbana & rustica. Urbanae dicuntur, quae in urbanis praedijs, id est, aedificiis habitandi gratia constructis, annexis hortis inhaerent. Subdiuiduntur in affirmatiuas (V. C. ut aedium mearum stillicidium in ream tuam recipiatur, vel ex domo mea in domum tuam transitus pateat) & negatiuas (ne alicuius aedificium tuas tollendo prospectum aedibus meis adimas. Item ut fenestram tuam in muro tuo tibi aperire non liceat, alias seclusa tali seruitute cuique id liberum est, nisi certus modus statutus sit, ne aedes altius edificentur; Vel nisi quis fenestram in muro suo aperire velit solum ad despectum vicini, quod non praesumendum in dubio.

Rusticae seruitutes dicuntur, quae rusticis praedijs inhaerent, agri prata, pecorum stabula a domibus iuncta. Talis seruitus est, per agrum tuum transire iumenta vel currus agere liceat, quae dici solent, iter, actus, via.

3. Seruitus urbana & rustica vel continua est, continuam actum habens (ut seruitus aquaeductus, stillicidium)

di) admittendi) vel discontinua est, cuius usus per interualla est, quia ab hominum actione pendet, V. C. Iter, actus, aquæ haustus.

Seruitus realis seu continua, vel quasi continua sit, præscribitur cum bona fide & an inter præsentés, 2o. inter per absentes, etsi titulus non interueniat.

NB. NB. Quod ex gratia tibi conceditur, id non potest præscribere, V. C. si quis patiatur ex gratia agrum suum à te transiri, aut te, quod ameris, inuitet ad prandium.

In dubio tamèn ex diuturna V. C. quotannis recurrente præstatione alicuius rei, potius præsumitur obligatio seu debitum.

Seruitus affirmatiua, si discontinua sit, cum titulo præscribitur tempore ordinario, sine titulo tempore immemoriali.

NB. L. hoc iure, §. aquæ ductus, ff. de aqua quotidiana: Ductus aquæ, cuius origo memoriam excesserit, iure constituti loco habetur.

Ad usucapionem seruitutis negatiuæ requiritur, ut dominum in re sua aliquid agere volentem bona fide repellam; ex eo tempore comparo seruitutis possessionem, quæ si tempore ordinario, cum titulo immemoriali verò sine titulo continuetur, usucapio perficitur. Veluti si Titius domum suam altius tollere velit, aut fenestram in pariete aperire, & ego illi prohibeam, ratus prohibendi mihi ius competere, illeque acquiescat, comparo tunc possessionem seruitutis urbanæ in domo Titij. Eadem ratio est de alijs iuribus, quorum possessio in negatione consistit, V. C. ut Capitulum Canonicum aliquem iure suffragij, per viam præ-

præscriptionis priuet, necesse est, vt eum ab actus electionis bona fide remoueat, illeque acquiescat.

NB. Lex Mynsingeri: Per vnum actum præsentati seruitij cum bona fide, & 30. annorum decem fundum liberum vsucapi posse, vt feudum fiat.

Corollarium. Si tu sciente Titio ac patiente Ecclesiasticum beneficium Clericum præsentasti tanquam tibi ius præsentandi debeat, in eoque persuasione 30. annis cum bona fide possessi, absoluis præscriptionem contra Titium: verò Titio nesciente & absente præsentasti, requiritur tempus immemorabile. Exinde enim requiris Titulum ac iuris præscriptionem. Nesciens Titius adhuc ciuilitur possidere censetur.

7 Vsfusus & seruitutes rusticæ, per solum vsum tolluntur 10. inter præsentates, inter abentes 20. annis: Non item seruitutes vrbane, necesse est contrarium seruituti actum bona fide exerceri. Veluti si ædes tuæ ædibus meis seruituti alius tollantur, etsi ego fenestras meas obstruxerim non incipis præscribere aduersus me libertatem, & tu aliquid noui feceris, videlicet ædes tuas alius sustuleris. Ratio; quia nisi aliquid contrarium alterius iuri fiat, non nascitur possessio libertatis, sine possessione autem non procedit præscriptio.

NB. Si ius seruitutis tibi constitutum non habet vsu quotidianum, sed aquam, V.C. ex alieno fundo ducere possis æstate tantum, requiritur tempus duplicatum, videlicet 20. annos inter præsentates, vt ta-

vt tali iure per non vsu eius via præscriptionis spoli-
lieris.

TRACTATUS II.

De

Restitutione.

CAP. I.

Quid sit Restitutio.

Restitutio est damni iniuste dati secundum
Arithmetica¹ æ qualitatem restitutio. NB.
Iniuria alia & Materialis, cum rem alienam
possides bona fide putaris esse tuam. For-²
malis alia, si rem accipis, cum scias vel scire possis ac
debeas, id agendi ius tibi non competere.

Duæ sunt restituendi radices: Vna ex parte rei²
acceptæ; possessæ; altera ex parte iniustæ acceptio-
nis seu læsionis, ob quam res ablata domino resti-
tui debet, etsi, qui iniuste læsit, nihil ex ea possi-
dat.

NB. 1. Mensura restitutionis faciendæ ob iniu-
riam solum materialem, ratione rei acceptæ, posses-
sæ, debet esse quantitas possessionis: id est, vt tantum
restituas, quantum ex re aliena possides, vel inde lo-
cupletior factus es. Mensura autem restitutionis fa-
ciendæ ob iniuriam formalem, ratione iniustæ da-
mnificationis, debet esse quantitas alieni damni, vt
nimitum, quatenus alter læsus est, restitutio fiat, ni-
hil attendendo, vtum is, qui læsit, V.C. ædes in-
cendit, aliquid inde habeat nec ne. 2. Hæ duæ ra-
dices interdum concurrunt in fure, apud quem, si
res furtiua melior siue auctior facta est, debeat eam

Aa 3 ita

ita auctam domino suo restituere, deductis
in foro conscientiae expensis, quas fur vtiliter fecit.
autem res furtiua in manu furis deterior facta
quam si in domini potestate mansisset, tunc cogit
domino restitutionem damni praestare, ratione
iustae laesionis. Interdum haec duae restituendi ratio
separatur V. C. in rei aliena bona fide possidente:
enim solum ex primo restituendi capite obligatur.
Item, in rei alienae destructore, qui si nihil inde possi-
deat, solum ex secundo restituendi capite obligatur
est.

3 Pro sola iniuria, si nullum damnum precio-
mabile datum sit, restitutio facienda non est, ante
dicis sententiam. Exemplum habes in adultera
quamuis notorio, si exinde nullum aliud damnum
proueniat marito adultera, nulla ei restitutio faci-
da in foro conscientiae. Ratio conclusionis est, quia
restitutio est actus iustitiae commutativae, sola autem
iniuria, quatenus pro ea satisfieri debet, non est ob-
iectum iustitiae commutativae, sed vindicativae, quae
ad Magistratum.

4 Restitutio solius Iustitiae commutativae actus est
restitutio facienda militibus à Duce, qui inaequaliter
diuidit spolia, transit in actum commutativae ius-
tiae, adeò ut restituere tenetur, secundum arithmeti-
cam aequalitatem.

NB. Res ablatae, si extent, restitui debent
dum numerum, vel, ut Iuristae loquuntur, in specie,
vel secundum idem genus ac qualitatem; ut pecunia
pro pecunia; vel si usu non absumptibili, ut ar-
des, aequivalens boni viri ar-
bitrio.

C A P. II.

Vtrum restituere ablata sit necessarium ad salutem.

Restituere iniuste ablata est necessarium ad salutem, necessitate præcepti: patet Rom. 14. Reddite omnibus debita. Ratio, quia rem alienam detinere, destruere, continet iniquitatem & iustitiam, quæ alio modo tolli non potest, nisi per restitutionem. Ergo.

Licet præceptum restituendi secundum formam sit affirmatiuum, tamen includit negatiuum, & ita semper & statim obligat (dum creditor rationabiliter inuitus est) sicut omnia negatiua præcepta (V.C. restituere & non detinere.)

Vnicum est peccatum iniustitiæ detentionis & non restitutionis: quia opponitur vnico præcepto iniuste non retinendi, & consequenter restituendi.

C A P. III.

De Possessore bonæ fidei, quatenus restituere teneatur.

Bonæ fidei possessor, si intelligat rem alienam esse, non plus restituere debet, quam possidet, nisi legitime præscripsit. Quod si consumpserit res, nihil tenetur restituere, nisi in quantum locupletior inde factus. Ratio, cum bonæ fidei possessor nullam iniuriam intulerit, non obligatur ex capite iniustæ acceptionis, sed solum ex capite rei acceptæ & possessæ, quare plus restituere non cogitur, quàm possidet. V.C. Si vestem holosericam 20 aureis valentem, & à fure tibi donatam, bona fide accepisti & attriuisi; postea verò dominus compareret, in primis ipsi restituere debes vestem attritam, quæ forte non am-

Aa 4 plus,

plius, quam 10. aureis valet. Deinde compensare debes attritionem vestis, non omni modo, sed quantum ditior factus es. V. C. si eo anno 6. aureos te vestiendo insumpisses, nisi vestem holosericam accepisses, 6. tantum, non 10. aureos. Quod si vestis non donata tibi sit, & empta, nihil præter vestem attritam restituere debes, quia nihil ditior factus es, ut patrimonium tuum auctum fuerit. Item si ad rem furtiuam inuitatus fuisti, ad nihil teneris, nisi quantum domi de tuo erogasses, nisi prandio fueris participasses.

Item milites ex mandato superioris in causa debita, vel bello materialiter iniusto bona fide pugnant; intellectâ postea iniustitia belli non tenentur facere rapinas, nisi in quantum locupletiores facti non attendendo, quod fornicationibus &c. consumpserint; quia nihil contra iustitiam percipiunt, cum ignorent res alienas esse.

2. Fructus alij sunt rei, alij industrie, vt lucrum, quod negotiando acquiritur, vino, pecunia, &c.

Fructus rei alij sunt naturales, quos natura producit, vt fœcus animalium, herbæ, &c. Alij sunt mixti, ad quorum præductionem æque hominis industria quam natura operatur. V. C. Segetes, caseus, Vinum, oleum, lana. Huc referuntur pretia domorum, instrumentorum &c. locatorum: qui fructus civiles dicuntur, eò quòd non propriè fructus sint, & ad firmitudinem fructuum iure civili constituti, iuxta l. prædiorum, ff. de vsuris: Prædiorum urbanorum perceptiones pro fructibus accipiuntur.

NB. Fructus *mixti* dicuntur tales à Iuristis: *naturales* autem à Theologis. Item Fructus alij sunt recipiendi, pendentes, alij percepti, à solo se parati.

Fructus

Fructus vel potius lucra, quæ meræ industriæ sunt, 3
ad bonæ fidei, imo etiam malæ fidei possessorem, omni iure spectant. Nam sicuti fructus rei, rem sequitur, eiusque dominium; ita lucrum, veluti fructus industriæ ad eum pertinet, qui adhibuit.

Coroll. 1. Si quis alieno instrumento opus elaboravit ad artificem, non ad instrumenti dominum, arte factum pertinet: Instrumentum tamen, & usus valorē domino rei restituere debet. Pecuniam furthua negotiatione expositam, lucrum inde proveniēs, ad furem pertinet.

Fructus percipiendi, v. c. fœtus in utero, segetes 4
solo adhærentes, vna cum re domino eius cedunt, quia censentur pars rei frugiferæ.

Fructus rei non solum naturales, sed etiam mixti 5
ex realiena percepti, si extantes sunt, domino restitui debent, deductis expensis, & æstimatione laboris. Ratio, quia *Locupletari aliquis non debet cum alterius iactura*. reg. 48. in 6. Et l. nam hoc. ff. de condict. indubit. *Natura æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiozem*. Locupletior autem fieret bonæ fidei possessor, si præter expensas suas aliquid ex fructibus rei alienæ perciperet.

NB. Fructus industriales in foro externo civili, si separati sunt, seu percepti bonæ fidei possessori acquiruntur, tunc si extantes sint, à domino repeti non possunt, instituta actione reali vindicationis, sed potius cōdictione sine causa, vel Iudicis implorato auxilii o& officio ob æquitatem. Fructus autem merè naturales, v. c. poma, separati, bonæ fidei possessori non acquiruntur, quod dicitur l. 48. ff. de acquir. red. dom. Quod etiam naturales sint bonæ fidei possessoris, id verum est, quod bonæ fidei possessor loco

Aa 5 domini

domini habeatur, interim dum illi lis non mouetur, adeò vt si fructus etiam naturales alienauerit, ad nihil teneatur, nisi fortè inde locupletior factus sit.

6 Pretium locationis ex re aliena ad eius dominium spectat, licet dominus rem, si penes se habuisset, nunquam locaturus fuisset: hoc enim est per accidens. Exemplum habes in ædibus alicui elocatis, & torque aurea aliena, quæ non numeratur inter res vsu absumptibiles, sed eius vsus à domino separari alteri concedi, & per se in æstimationem venire potest, quare precium elocatae torquis non est meræ industriae, sed ipsius rei fructus, quippe cum propter eius usum pendatur, consequenter ad rei dominium spectat.

7 Si bonæ fidei possessor fructus rei absumpsit, restituere debet, quatenus locupletior factus est, qui vt supra l. 14. ff. de condict. indebiti, hoc naturæ quum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiozem.

8 Bonæ fidei possessor fructus perceptos ex fundo alieno, breuiore tempore, id est, 30. annis, vsucapere potest, quam ipsum fundum, quippe tempus longum ad eum vsucapiendum requisitum.

C A P. IV.

De Possessore malæ fidei, quatenus restituere teneatur.

1 **M**alæ fidei possessor est, qui iniuste possidet, sciens, vel per crassam ignorantiam scire intendens, ius sibi non competere. Quo non comprehenduntur ii, qui improprie malæ fidei possessores dicuntur.

dicuntur, post causam in iudicium deductam & litis contestationem iuxta l. sed et si, ibi: Quoniam post litis contestationem omnes incipiunt malæ fidei possessores esse. Verum hi, cum causam dubiam actori statim cedere obligati non sint, si antea bona fide in possessione fuerunt, non tenentur, si causa cadant, nisi de fructibus post litis contestationem perceptis, vel quos negligentia sua percipere intermiserunt. Fructus verò perceptos ante litis contestationem restituere debent, quatenus extant.

Si res apud malæ fidei possessorem casu fortuito perit, alioquin etiam peritura apud dominum, nihil restituere debet in conscientia foro, non ratione acceptæ rei, cū nihil ex ea possideat; neq; ratione iniustæ damnificationis: cum causa damni non extiterit, quando sine vlla culpa v. c. hostium incursione, civitatis deflagratione perit, nihilominus peritura. Quod si verò iniquus possessor eam dolo absumpsit, vel per crassam seu mortalem negligentiam perdidit, tunc tenetur æstimationem eius domino prestare, nihil obstante, quod si ei à fure ablata non fuisset, tamen periisset; quia in hoc casu fur (iniquus possessor) est causa interitus, ac perinde restituendi obligationem contrahit, ratione iniustæ læsionis.

NB. Si publicè sciatur, rem periculo incendii, hostium direptioni subiectam esse, æstimatio rei tum plurimum imminuitur, ut proinde fur, si tali rerum statu rem absumat, minorem restitutionem facere debeat, quia fieri potest, ut ad nihilum absumptor teneatur, si videlicet res nullo modo ab interitu liberari posse videatur; quia tali casu merito dominus inuitus non est. Sin verò
eripi

eripi possit, tunc reuera domina valet, ideò ad restitutionem tenetur, V. C. Miles abstulit vestem 15. floren. transiens per prouinciam non hostilem, casu, et ratione ductus, quod si ego non auferam, alii sine dubio auferrent. Si abstulit animo restituendi per occasionem domino, nihil peccauit, imò negotium domini utiliter gessit; Si autem abstulit sine animo restituendi, peccauit; quia inuito domino rem alienam abstulit; potuit tamen peccasse venialiter, et quòd licet vestis alias tempore pacis valeret 15. floren. tamen imminente hoste vix 10. pazziis: quia tempore belli & hostis in propinquo, res multum deprecantur. Quod attinet ad restitutionem, si accepit animo restituendi domino, adeoque bona fide, ac potest ea domino restituere non possit, neque pauperibus debet.

NB Fur mercatori in naui frumentum furans, statim absumens, postero autem die naui submergat cum omnibus mercibus tenetur ad restitutionem, quia semel contracta obligatio restituendi mercibus frumentum, iniuste ipsi absumptum, subsequente fortuito euentu non extinguitur.

NB. Fur per crassam negligentiam seruandi amittens poculum aureum furatum, tenetur ad restitutionem, nihil obstante, quod poculum periisset, et domino non fuisset ablatum. Ratio, quia aliquis in alienam furando, ex iustitia obligationem inuoluntariam, ratione delicti sui contrahit, non minus, quàm depositarius, v. c. voluntariam ex contractu: Ergo delicti depositarius non tantum dolum, sed etiam culpam Theologicam praesertim latam siue morralem praestare debet, ita & fur.

3 Inuentor rei alienae, si nesciat ad quem pertineat, eam

eam per crassam negligentiam amittat, non obligatur ad restitutionem. Ratio, quia nemo censetur causa damni, idcirco, quod cum facile illud impedire posset, neglexit, nisi ex iustitia obligatus, aut inuentor hoc casu non est obligatus ex iustitia ad rem custodiendam. Quia obligatio vel est voluntaria ex pacto, vel inuoluntaria ex delicto. Iste autem nec cum domino rei pactus est, nec contra eum deliquit. Ergo, Excipe, nisi Dominus rem per se, vel per aliam personam recepturus fuisset, & ego praeueniam, teneor ad restitutionem: nam alioquin damnum iniustum domino inferretur, quippe, qui merito iniustus est, ut res, nisi sub tali obligatione auferatur.

Malæ fidei possessor tenetur restituere omnia melioramenta rei intrinseca (quæ v. c. fit stercoreatione, plantatione) deductis tamen expensis tam necessariis quam vtilibus. Ratio prioris conclusionis est, quia augmentum seu melioratio rei intrinseca domino eius cedit, consequenter etiam fructus ex re, eiusque intrinsecis meliorationibus percepti, eidem restituendi sunt: Absumptorum verò fructuum æstimationem tenetur restituere, quia intulit damnum iniustum.

NB. Neque refert, tamen si dominus, si in sua potestate rem seruasset, non tantos fructus inde percipisset: nam id eius fortunæ cedere debet, quod res eius plus in manu furis fructificarit, quam si ipsimet eam possedisset.

Idem locum habet in creditore, qui fructus omnes ex fundo sibi oppignerato perceptos, deductis expensis & æstimatione laboris, restituere cogitur, nihil obstante, quod dominus eum non tanto studio coluisset. Ratio posterioris partis assertionis est, quia fructus

fructus non intelliguntur, nisi deductis impendiis, fructus. ff. soluto matrim. Nullus casus interuenire potest, qui hoc genus deductionis (impendiorum ex fructibus) impediatur. id habet locum in foro conscientiae.

NB. Melioramenta extrinsecus adiuncta à mala fidei possessore, V. C. fenestræ, ianux, lapides preciosi, & sine incommodo domini separabilia retineri possunt.

5 Si res intrinsecè aucta siue melior effecta apud malæ fidei possessorem, postea decreuit, V. C. quantum furatum deteriore reddiderit) restituere tenetur, secundum valorem status optimi: quia augmentum intrinsecum ad dominum rei spectat, eique statim vna cum re ipsa restituendum est: quare si à fure absumatur, aut deterior reddatur, iniustum damnum infert, quod ei compensare debet. *Semper enim fur moram facere videtur*, ait Vlpianus. Quod si verò etiam apud Dominum res similis deterior facta esset, etsi ab iniquo possessore in statu optimo restituta fuisset, tunc satisfacit fur restituendo rem in statu deteriore, ad quem sine culpa tamen sua peruenit. Ratio, quia hoc casu fur per moram restituendi, nullum re ipsa domino damnum intulit.

6 NB. Si res in manu furis extrinseca æstimatione aucta, V. C. modicum filiginis, & tunc carius, V. C. vendita est, satisfacit domino, si res similis ipsi restituatur, vel precium eius secundum taxationem temporis, in quo restitutio fit. Ratio, quia ille, valor extrinsecus non censetur fructus seu augmentum rei, sed potius industria,

aria, ideò non rei domino, sed possessori etiam mala fidei cedit.

Semper tamen lucrum omne cessans & damnum emergens, domino iniquus possessor restituere cogitur. Exemplum lucri cessantis est, si dominus v. c. frumentum non seruasset, donec decresceret, sed maiore precio vendidisset, totum hoc ei refarciri debet. Exemplum damni emergentis est; Si propterea, quod Equus, V. C. aut frumentum ablatum, vel debito tempore restitutum non fuit, ipsemet dominus coactus est, frumentum aut equum maiori precio emere.

NB. L. fructus. ff. eod. Fructus non modo percepti, sed qui honestè percipi potuerunt, æstimandi sunt. Ratio, quia in casu iniustæ damnificationis, dominum indemnem omnino seruare oportet.

CAP. VI.

Quinam restituere debent damnum iniuste datum?

AD contrahendam obligationem restituendi ex capite iniustæ læsionis duo esse necessaria: & vt damnum illatum sit, & vt contra iustitiam, siue per iniuriam illatum sit. Quare si quis in aliena sylua contra domini sui voluntatem ligna cedat, non tenebitur de damno, quia omnino inuoluntariè, & sine iniuria illatum est.

Præter damni executorem, etiam concausæ eius ad restitutionem obligantur, quorum 9. sunt:

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,

Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

Qui expressè vel tacitè mandat damnum inferri, de eo tenetur.

Rati-

3 Ratihabitio damni illati mandato æquiparatur in ordine ad pœnas iuris, non autem ordine ad restituendi obligationem: quia ratihibitor non est causa efficiens damni, cum ad præteritum non sit potentia. Regula illa reg. 10. in 6. *Ratihabitionem retrotrahere & mandato non est dubium æquiparari.* Intelligitur de contractibus celebratis nomine nescientis, & potest ea ratihabentis: item de pœnis per Iudicem inferendis ratihibitori, delictum nomine ipsi patratum. Tenentur ad restitutionem consilium dantes & moventes damnum inferendi: sæpe etiam accidit, ut imperiti iuris sint executores, non tenentur ad restitutionem, sed eorum consilarii, Aduocati clientum, Confessarii pœnitentium.

4 Malè consulens damnum inferri damnificato (defectum exequentis) obligatur, si ex culpa, facta crassa (quippe quæ in delictis dolo æquiparatur, in ordine ad pœnam, sed ad damni restitutionem consilium noxium dedit. Et verò, qui consilio sequitur, non obligatur consulens, nisi dolosum fuerit, & est, nisi fraude ignorante circumuenerit, iuxta reg. 62. in 6. *Nullus ex consilio, nisi fraudulentum sit, obligatur.* Et reg. 47. ff. *Consilii non fraudulentum, nulla obligatio.* Quod si ratione status vel muneris maiorem quam alii peritiam profiteatur, V. C. Doctor, Consiliarius tenebitur etiam de culpa. Ratio discriminis est posterioris generis personæ, dum peritiam prædicant, qua carent hoc ipso decipiunt alios, qui ipsorum consilium ex simplicitate sequuntur. Qui autem talem peritiam non profitentur, horum consilium nemo prudens sequitur, nisi prius explorarit, cum expediat, nec ne.

5 Qui alterum certo proposito à se ipso determinatum,

tum, ad damnum inferendum suo hortatu magis adhuc confirmavit, non obligatur damnificato, (quia non est causa efficax, ut damnum absolutè & secundum substantiam inferretur, quando alter per se ipsum satis incitatus erat ad id ferendum) nisi causa fuerit, ut maius ei damnum inferretur, tunc tenetur de excessu, V. C. Suasisti, furi, volenti furari 100. aut. ut furaretur 200. teneris restituere 100.

NB. Qui materialiter tantum, non verò causaliter (influendo formaliter in effectum) damno cooperatur, restituere non tenetur: V. C. tenens furi scalam. In externo tamen foro tales merito puniuntur ob delictum, præterquam si iustus metus excuset, quando excusantur rustici, cum à militibus mortis metu ad prædâs iniustas auhendas; palpo, recursus.

Contentientes, fautores, receptatores, si concussa damni existant, ad restitutionem obligantur. v. c. Suffragium dantes in electione indigni, (puta si efficax concussa sit, secus si tu postremò eligas indignum; peccas quidem, sed non ad damni compensationem teneris, si tamen fuisset electus. Efficaciter alium concilians ad iniustam vindictam: Caupe ad domum suam filium prodigenter profectitia bona recipiens: Aduocatus iniquam causam manifestè vel occulte suscipiens: Vel recipiens furem, quatenus formaliter fur est; item ementes à fure res furtiuas, scientes eum furem: quia sunt receptatores furti, de quibus 3. *Receptatores non minus delinquunt, quam aggressores.*

Damno non obstantes, non manifestantes, &c. tunc solum ad restitutionem tenentur, si ratione pat-

Bb

eti, offi-

cti, officii, ad eoque ex iniustitia impedire debeant. **C.** Principes non impediunt latrones in terris suis, &c.

- 8 **Famulus non impediens fures extraneos in domum ingredienti, cum possit.** Iudex multam non tenetur exigere, nisi sit consuetudinis loci, nam ad illius officii non est, fiscum ditare. Iudex tamen tenetur ad restitutionem, si negligat Reo imponere multam, & telonarius negligat exigere vectigal. Si testis fugiens vel declinans testimonium, & per negligentiam testimonii sui innocenti causet damnum, tenetur ad restitutionem, nisi si veritatem celans causa sit, quominus innocens alium testem adhibere falsus testis tenetur ad restitutionem damni.

Qui donum accipit à fure ne clamet, aut ne recuset, non tenetur ad restitutionem, nisi sua pollutione furem animosiores reddiderit.

CAP. VI.

Quantum singuli damnificantes restituere debeant, & quo ordine?

- 1 **SI** plures damnificantes, sine conspiratione concurrant, ad damnum inferendum singuli iunctim obligantur, quam ipsimet intulerunt, v. c. hauriens ex vini dolio furato ab aliis, tantum tenetur restituere, quantum bibit vel accepit. Ratio, quia in actu suo, non est aliquis causa influens in totum damnum, sed solum in partem eius. Si in rixa plures oppugnant aduersarium, ille solus de homicidio tenetur, quod lethale vulnus inflixit.
- 2 **Mandans** damnum dari, vt principalis damnificans, ante alios etiam ipsum executorem obligatur ad restitutionem. Ratio, quia actio magis tribuitur agenti

agenti principali, quam exhibenti ministerium: si autem dominus famulo mandet, ut hominem occidat, & is exequatur, famulus est quasi agens ministeriale, & instrumentale. Ergo, &c. Est tamen intelligenda assertio de eo, qui autoritate præcipit, ut dominus, pater, iudex. Nam alii solum sunt consulentes & non mandantes. Tenentur tamen etiam illi ad restitutionem, si alteri suaferint, ut in sui gratiam damnum intulerint, alioquin non illaturi: tales enim censentur authores illati damni.

Concausæ damni dati obligantur tantum in defectum principalis, quare si iste restituat, aut condonetur illi: concausæ penitus liberantur. Ratio, quia ruente principali, ruit accessorium, non item ruente accessorio, etiam principale tollitur.

Inter ipsas concausas prius obligari videntur, quæ positivè cooperantur, v. c. consulendo, quam quæ negativè non obstando, tacendo.

Si plures conspirarunt ad damnum inferendum, singuli obligantur in solidum, saltem in defectum aliorum. Ratio, quia singuli sunt causa totius damni. Cæterum si vnus sociorum restitutionem fecit in solidum, à reliquis, saltem in conscientiæ foro, pro rata repetere potest.

NB. Dux belli damnum iniustum inferens (gregariis militibus debentibus restituere, quod ex iniqua direptione ad ipsos pervenit) tenetur totum reliquum damnum ante alios restituere. In defectum ducis & aliorum authorum damnorum, singuli milites, quia in defectum principalis obligatur causa secundaria seu accessoria.

Vtrum restituere debeat, qui aliquem à consecratione alicuius boni impediuit.

1 **Q**ui alterum impediuit à consecratione rei etiam si sita debita, v. c. beneficii Ecclesiastici, ad quam ipse ius quæsitum erat, siue perfectum per collationem, siue imperfectum per legitimam electionem præsentationem, &c. tenetur ad restitutionem, constat ex dictis. Secus si ex libera voluntate collata erant, & ille sine fraude impediuit collationem, quominus conferretur ipsi, cui animo destinatur, nulla inferatur ipsi iniuria: tamen si ex odio agit contra charitatem.

NB. In externo foro actio conceditur de re aduersus eum, qui ex æmulatione agit, v. c. qui in fundo fodiens, vicini fontem auerit, animo non in damnum vicini, non agrum suum meliorem efficiendi.

2 **Q**ui Ecclesiastici beneficii collatorem iam determinatum ad conferendum Titio, precibus auctoritate abducit, vt sibi, vel alteri, quamuis in damnum suo, conferatur non videtur obligatus ad restitutionem faciendam, quia collator nullam proprietatem iniuriam digniori, si, eo prætermissio, minus conferat: consequenter neque ille iniuriam facit, qui collatorem suasionem, aut precibus ad id determinatum mouet. Ergo, &c.

3 **Q**ui per vim aut fraudem impedit, quominus legitime conferatur beneficium, legatum, vel donum gratuitum consequatur, ad damni compensationem obligatur, &c.

C Si opportunis precibus obtineas à mortuo, testamentum mutet; Si mendacis episcopo peris deat

deas, vt beneficium alii conferat, quàm ipse decre-
uerat. Item, si dolo impediās aliquem, quo minns be-
neficium sibi conferri supplicet: quia licet v.c. Titio
non compellat ius postulandi beneficium, tanquam
sibi debitum, tamen competit ipsi ius supplicandi.
Sicut pauper ius non habet Eleemosynam tanquam
debitam petendi, habet tamen ius mendicandi, ob-
secrandi: Quare si eos ab hoc iure impediās, cogris
damnum restituere, (arbitrio prudentis) iuxta pro-
portionem spei, quam habuerunt consequendi be-
neficium, eleemosynæ.

Reus & testis, si iuridicè interrogati veritatem ce-
lantes, causa existant, quominus multa à iudice im-
ponatur, non sunt ad restitutionem obligati (quia o-
mnis restituendi obligatio, propriè oritur ex læsione
iustitiæ commutatiuæ Reus autem veritatem celans
propriè non peccat cõtra iustitiã commutatiuam,
quæ inter partes Reipubl. versari solet, sed potius læ-
dit iustitiã publicam, iudicalem & vindicatiuam:
siquidem ius & officium Magistratus cuiusque de
criminibus inquirendi, per se ac directè non spectat
pecuniarum multam seu commodum, sed publicæ
pacis ac iustitiæ conseruationem, cuius per accidens
pecuniaria multa imponitur) secus dicendum vi-
detur, si pœna ob commissum crimen contracta est
ipso iure; quia tunc directè agitur ad pœnam soluend-
dam, cuius iam reus factus est, qui crimen admisit:
ac proinde ius iudicis lædit, si falsis allegationibus si-
ue mendaciis multam secundum legis decretum
imponendam sibi, effugiat. Eademque ratio
est de falso teste Iudicem in tali casu
decipiente.

Vtrum restituere teneatur, qui aliquem ad peccatum induxit, vel à Religione abduxit.

Qui alterum exemplo suo aut suasionem in peccatum induxit, ex iustitia non obligatur ad commendationem, sed sola Charitate; Ratio, quia volenti & consentienti non fit iniuria. Omne autem peccatum, sicuti liberè admittitur; ita liberè inperseueratur. Confirmatur ex l. 2. §. ultim. ff. mandati: *Nemo ex consilio obligatur, etiam si non expeditur cui datur: quia liberum est cuique apud se explorare, et expedit sibi consilium.* Sed excipe: Nisi alterum fraude, dolo, vel iniusto metu ad peccandum induxerit. V. C. laborantem ignorantia crassa in hæresim, solum alterius crimen denūtiando in hominis ordinem aut si dominus famulo, magister discipulo cum auctoritate præcipiat, quod malum est: siquidem metus, quam ignorantia efficiunt, ut ille non plene animi voluntate in peccatum te impellente, labatur. Multoq; magis, si magister discipulos suos fallit decit, ea reuocare tenetur, pro qualitate incommo-
1 ex falsa doctrina subsequenti.

2 Qui suo consilio alterum, licet nouitium à Religione abduxit, tamen sine vi, fraude, ad nullam institutionem obligatur. Non nouitio, patet ex præsertione: Nec Religioni: quia illi nullum adhuc in hominem acquisitum fuit. Vnde sicut Nouitium nullam Ordini iniuriam infert, si recedat, ita nec alter, qui illi hoc suadet. Peccant tamen grauiter, qui sine iusta causa (v. c. qui probè perspectum habet in quibusdam hominibus, quod ordo Religionis illis non expediat) blanditijs à Religione auertunt.

Qui Religiosum, vel professum, à Religionis statu suasionem, aliaue cooperatione à Religione abstractit, ex iustitia tenetur ordini ad restitutionem. Ratio, quia Religiosus Ordini suo personaliter obligatus est; cum sui iuris non sit, sed se Ordini per Obedientiam votum acceptante praelato tradiderit: quippe Ordine non quidem directum dominium acquirente, sed solum ius in re, quod satis est ad Religiosum fugientem vindicandum. Igitur Religiosus apostata & inductor Ordini iniuriam infert: unde uterque obligatus ad restitutionem; Religiosus ut redeat; Inductor ut alium idoneum substituatur, si apostatam reducere sua sua suasionem non possit, ipsemet autem non tenetur ingredi, cum susceptio Religionis non necessitatis, sed liberæ voluntatis esse debeat. Undelicet quis includatur in monasterium, in poenam delicti, tamen non præcipitur Religio.

Nec obstat, quod in praxi non obseruetur restitutio abducti Religiosi. Causa enim est, vel qua impotentia excusat, vel quia pars læsa non tanto rigore restitutionem postulat, vel denique, quia contraria Soti, & aliorum sententia, ab omni restitutione in tali casu liberans, probabilis quibusdam videtur.

CAP. IX.

Cui Restitutio fieri debeat?

Debita, ex contractu iusto, incerta, id est, quorū creditor ignoratur, vel conueniri non potest, si longissimè distet, à debitore licitè retinentur. V. C. si à mercatore per errorem accepisti 2. vlnas pro vna, sed restituere non potes, quia non nosti, retines sine iniuria Ratio, quia incertorum bonorum restitutio faciendā non est iure naturali aut diuino, sed

Bb 4 tantum

tantum positiuo: V. C. Canonico iure iniusta bona pauperibus, si non potest conueniri dominus. Sed nullus canon extat, quod bonæ fidei possessor debeat bona incerta dare pauperibus. Quare seruanda hanc regulam Doctorum: Quotiescunque certa personæ vel communitati, restitutio faciendâ non est, nulli omninò ex præcepto debetur, nisi iniusta positiua imperet.

2 Debita incerta, prouenientia ex delicto, furto &c. pauperibus vel Ecclesiæ restitui debent, Ecclesiasticæ iuris constitutione, quibus accedit communis DD. consensus & praxis Ecclesiæ: verum spectato iure naturali, posset retinere iniustus possessor bona incerta, tanquam pro derelictis habita.

Quod dicitur legem Ecclesiasticam pœnalem esse. Ergo non obligari ante sententiam. Respondeo. Leges pœnales, quæ aliquem inhabilem ob crimen faciunt ad acquirendum, sæpè obligant ante sententiam. Talis autem est lex ista, impediens, ne quis bona rerum per ipsum, furto, uel fura, &c. acquiratur in dominium absolutè acquirere possit; sed ut in delictis veri domini pauperibus ob canonis constitutionem tribuere obligatus sit.

NB. Si dominus bonorum incertorum cognoscitur, V. C. quod res ad duas ex certis personarum pertineat, nesciatur autem ad quos, ad quos, vel secundum quam partem, tunc iniusta diuisio, vel transactio, fieri debet.

3 Bonorum certorum restitutio ordinariè faciendâ est possessori iusto, à quo accepta sunt, vel quibus damnum illatum. Ratio petitur ex iusticia communitatiua, quæ postulat, ut quantum acceptum est, tantundem restituatur illi, à quo acceptum.

Quare

Quare quod acceptum est à depositario, commodatario, custode, administratore, ipsdem, non domino restituendum est. Nam alioquin iniuria ipsis foret, si iure possessionis, detentionis, custodiae, aut utilitatis spoliarentur, & damnum atque lucram cessans compensari deberet.

Excipe primo; si eorum, à quibus res aliena accepta est, nihil intersit; quod non ipsis sed statim rei domino restituatur. 2 Si de maligno proposito valde suspecti sint, id est, probabiliter existimentur rem alienam ablaturi, cum domini iniuria, tunc si fieri possit, sine maiori eorum damno siue infamia, potior ratio domini habenda est, eique quod suum est, restituendum.

Bona Ecclesiae non Prælato dissipatori, sed Capitulo restitui debent; eò quod ius administratoris non se extendat ad dissipandum. Et quæ filio familias, vel pupillo accepta, eorum patri, tutori, restituenda sunt: Alioquin, qui pupillo soluit, sine tutoris auctoritate probare debet in utilitatem pupilli solutionem veram fuisse, alioqui iterum solvere cogitur.

Spolia, quæ fur aut prædo deposuit in conscientiae foro, non ipsis sed domino eorum restitui debent. In foro externo autem Dominus non comparet, potius iniusto deponenti reddi debebit.

Si restitutio cessura sit in gravem detrimentum, vel ipsius cui fieri debet, vel alterius personæ, aut communitatis, interim differenda erit, V. C. si aliquis pecunias tibi mutuò datas repetat ad fornicandum, vel ad bellum iniustum gerendum, in priori casu teneris ex charitate differre solutionem, quod si instanter urgeat, teneris ex iustitia ad solutionem. In posteriori, quo agitur de damno tertiæ personæ inferendo, ne-

do, nefas est restituere, nisi periculum maioris mal
& negatione solutionis timeatur.

Ratio autem, cur difficilius debitum reddi possit
creditori abusuro contra iustitiam, quam contra
alias virtutes, V. C. temperantiam, quia obligatio
virtute iustitiæ grauior est, quam aliarum mor
lium, & per peccatum iniustitiæ inferitur damnum
alteri innocenti & inuito; per alia verò peccata
V. C. intemperantiæ, solus peccans damnum ac
cipit.

7 Qui sine iusta causa excusante, alteri iniuste V. C.
pugnatur, pecuniam mutuò dat, vel ex contractu
debitam sine necessitate restituit, contra iustitiam
peccat, & ad restitutionem in defectum principis
teneretur. Ratio, qui sine iusta causa materiam pro
mam, & necessariam, (V. C. ferramenta ad officium
effringendum &c.) male operatur, ministrat, in
rectè cooperari censetur, licet nec iubeat nec
deat operationem. Dixi sine iusta causa. Nam alter
materiam ministrare sine sua frone, aliaue directi
formali cooperatione per se intrinsecè mala non est
& ob iustam causam cohonestari potest, adeo
furioso gladium restituere liceat repetenti, si
ne cesse sit ad proprium graue damnum euen
dum.

8 Soluens creditori sui creditoris obligatione,
ratur. NB. Hæc regula in externo foro fermè in
locum habet tantum, si debitum ex eadem causa
proueniat. V. C. Conduxi domum à Titio, quam
Caio ante conduxerat: hoc casu pensio à me confir
tura & obligata Caio primo locatori, in defectum
Titij primi conductoris, quare si soluam Caio libe
ratus sum à Titio.

In foro autem conscientiae modus iste soluendi
 latius se extendere potest. Si enim V. C. Titio ex cau-
 sa mutui debeam 100. aureos; ille autem totidem ex
 alia causa debeat Caio, possum ego eidem Caio nu-
 merare 100. vt vendat, vel mihi cedat ius crediti ad-
 uersus Titium debitorem suum; quod ius cum tan-
 tidem valeat, quantum ego Titio debeo, id est, 100.
 aureos, compensatione vti possum.

Deinde si Creditor liquidum debitum neque via
 Iudicij, nec alia ratione à debitore suo consequi po-
 test, cessante scandalo, occulta compensatione vti
 potest, tantundem de bonis eius clanculum accipi-
 endo, quantum debitum valet: itaq; ego ipsi ad hoc
 consequendum cooperari possum, eiq; soluere id,
 quod eius debitori debeo; modo interim caueatur,
 ne idem debitor, eiusue hæredes, huius rei ignari,
 postea iterum soluant, quod ego eius nomine iam
 solueram.

Soluisse censetur, qui iusta compensatione vtitur,
 id est, debiti & crediti inter se contributione. Quia l.
 3. ff. eod. *Interest nostra potius non soluere, quam solutum
 repetere.* Et si debitor. ff. qui potiores. *Nihil interesse,
 soluerit n. aliqui, an compensauerit.* Hinc, *Si tu mihi ali-
 quid debeas, & res tua sine vitio ad me perueniat, propter
 debitum retentionem habeo.*

Quibusdam verò casibus compensatio seu dire-
 cta (quæ locum habet in his, quæ functionem reci-
 piunt, vt vnum pro altero solui possit, V. C. vtrin-
 que debiti 20. flor. vel 20. maltera frumenti) si-
 ue indirecta, quæ dici solet retentio debiti, fieri
 non potest. 1. Quod Reipublic. debitum est ra-
 tione Vectigalis, aut tributi, solui debet,
 non opposita exceptione alterius à Reipubl. debiti.

2. Qui

2. Qui ex furto, rapina, vi illata debitor est, iure compensationis priuatur. 3. In deposito compensationis locus non est. Neque in commodato: sed hæc sunt fori externi.

NB. In conscientiae foro, si quodcumque debitum, modo indubium sit, alio modo consequi non liceat, V.C. via Iudicij, prospicere mihi possum compensationem, vel saltem alterius cuiusque à me debiti retentionem, donec mihi satisfactum sit, si via iudicij possim debitum meum recuperare.

¶ Si chirographum seu instrumentum debiti per debitorem reperiatur, præsumptio est factæ solutionis, nisi persona, quæ Chirographum producit, domestica, tunc onus probandi ei incumbet, quod soluerit. Hinc consultum est debitori, ut facta solutione debiti, à creditore non tantum exigat Chirographi sui restitutionem, sed etiam confessionem facta solutionis; quia *professio pecuniæ solutæ maiorem probationem continet, quam si chirographum accepta pecunia redditum fuisset.*

C A P. X.

Quo tempore & loco Restitutio fieri debeat.

¶ **D**ebitor ex contractu solvere debet, tempore quo inter partes conuentum est, tamen si debitor tunc non exigat, quia dies ipsa, siue tempus statutum, intra quod solutio fieri debeat, pro creditore interpellat, & debitor differens defert iniuriam creditori, tenerique compensare. Excipe si creditor absit, & non reliquerit procuratorem. Quod si nullum tempus solutioni deputatum, tunc debitor non tenetur

tenetur de damno creditor antequam is congruo tempore exegerit solutionem.

Debitor ob iniustam læsionem, aut rei alienæ detentionem, cum primum potest, restituere tenetur. Ratio, quia præceptum negatiuum non detinendi rem alienam, semper obligat.

NB. Habens propositum restituendi, & aliquantulum differens, non est statim mortalis damnandus, quia licet dilatio iniusta, tamen non censetur gratis.

Quæ iniuste accepta sunt, sumptibus eius, qui accepit, ad dominum deferenda sunt, ut is omnino indemnus seruetur. Ratio, quia restitutio orta ex iniusta damnificatione, in integrum fieri debet, ita ut Creditor omnino indemnus seruetur. Excipe, nisi sumptus debitoris superant rem restituendam, tunc enim pauperibus dabis, nisi spes sit domino sine sumptu notabili restituendi.

Bonæ fidei possessor, satisfacit, si restituat in loco, ubi rem possidet. Ratio, quia restitutio faciendæ est, ratione rei acceptæ bona fide hætenus possessoris, sola rei possessio transferenda est; in superiori autem assertione restitutio erat faciendæ, ratione iniustæ acceptionis & tunc integrum damnum & lucrum cessans compensanda est.

Debita ex contractu, eo loco solui debent, de quo inter partes expresse, vel tacite conuentum est.

NB. In contractibus gratuitis, V. C. donationibus, res danda est in loco ubi sita est; In reciprocis verò V. C. mutuo, emptione, &c. in loco ubi res accepta. Ratio est, quia res una in reciprocis contractibus, in alterius quasi locum substituitur, quod tunc perfectè fit, si etiam idem locus acceptionis & restitutionis

tutionis fertur. In censu autem reali solutio fieri debet in loco, ubi res frugifera sita: In personali autem, in loco ubi persona obligata domicilium habet. Excipe consuetudinem. Præterea si creditorem debitor non reperiat eo loco, ubi solvere debet, ne minus procuratorem ab eo tempore non censetur esse in mora.

- 6 Si creditor oblatum sibi debitum recipere noluit, consultum est apud Iudicem deponi. Talis enim depositio vim habet plenæ liberationis, ita ut impediatur cursus usurarum, liberet à casu periculi fortuiti, soluat pignora, &c.

C A P. XI.

Quo ordine restituendum sit?

- 1 **S**I debita omnia ad debitoris impotentiam restitui non possint, quæ certa sint præferenda incertis. Ratio, quia dominis certis ex iustitia commutativa propriè dictum ius competit, ad debita sua exigenda, non item pauperibus ad postulanda debita incerta, quippe ex sola lege Ecclesiastica, quæ iuri illius obligationi naturali nullum præiudicium adhibere censetur. Excipe, nisi res aliena in specie extet apud iniquum possessorem, ea enim pauperibus restituenda debet, si proprio domino non possit. Ratio, quia debitor creditoribus suis certis obligatus est tantum proprijs bonis solvere, non item ex alienis. Si autem aliquis rem certam ab aliquo iniuste raptam detinet, eius dominus non efficitur, quamvis verus dominus ignoretur.

Assert. 2. Quæ res in specie extant, certis dominis debentur, V. C. ex commodato, locato, furto, &c. Item si res empta apud debitorem in specie extet

tionum soluto precio, certis dominis restituenda sunt, cum reliqui Creditores nullum in ijs ius habeant.

Qui accepit facultatem vendendi, V. C. minister, 2 procurator, non ideo emptori fidem habere potest de precij solutione. Idem dicendum de curatore Minoris, vel Ecclesiae: quare tametsi hi emptoris fidem de pretij solutione securi sint, tamen rei venditae dominium emptori acquisitum non est. Consequenter Ecclesia, fiscus minor, ius praelationis habebunt, ut vel res in specie extans ipsis restituenda sit, vel precium ante alios omnes, Creditori solvendum.

Impensa funeris, aperiatio testamenti, Medicorum 3 honoraria & pharmpopolij (adde merces famulorum ad necessarium usum conductorum) pretia, ante alia defuncti debita solvi debent, quia eiusmodi debita adeo necessaria non censentur esse contracta in fraudem antecedentium Creditorum, & alioquin nemo reperiretur, qui indigentibus talia subministraret, si de solutione certus non esset.

Creditores hypothecarij praeferruntur ijs, qui sol- 4 larum debitoris personam obligatam habent, id est, Chirographarijs: Quia, ut Pomponius ait, reg. 25. ff. *Plus cautionis in re est, quam in persona.*

Inter ipsos hypothecarios Creditores in eodem 5 pignore concurrentes, reg. iuris 54. in 6. locum habet: *Qui prior tempore, potior iure.* Ratio; Quia pactio & obligatio posterior non potest tollere ius alteri ante in requisitum: Nec refert, an hypotheca sit specialis, an generalis &c.

NB. Casus certos, in quibus singulari iuris privilegio creditor hypothecarius, posterior antiquiori

quiori praefertur. 1. Qui pecuniam credidit ad
 ptionem praediorum, aedificationem aedium, atque
 ius pignoris sibi in ijs pactus est, praefertur antiquis
 ribus hypothecarijs. Ratio, quia talis creditor
 sam pignoris praebuit. 2. Qui ad conseruationem
 aediū alteri priori creditori specialis hypotheca
 mine obligatarum, pecuniam credidit, illi praefertur.
 3. Qui pecuniam credidit in conseruationem
 & mercium, atque ius pignoris sibi in ijs constituit,
 praefertur. Ratio, quia huius posterioris Creditor
 pecunia saluam fecit totius pignoris causam, quod
 doquidem per eam pignus seruatum fuit. 4. Boni
 mariti tacite obligata sunt vxori, eiusque liberis
 dote; adeo, vt alijs creditoribus etiam prioribus,
 bentibus tacitam hypothecam non priuilegiata
 praferantur. Non item habentibus priorem hypo-
 thecam expressam. Ratio, quia lex non intendit
 lieri priuilegium dare cum prauiudicio ac damno
 rum, quibus ex propria conuentione ius acquisitum
 est, sed eorum tantum, quibus ius hypothecae legi
 priuilegijs, absque propria eorum pactone con-
 sum. 5. Si ex pecunia pupilli res aliqua comparata
 fuit, in ea tacitam hypothecam acquirit, & iuris
 lationem. Quin & utilis eidem vindicatio compe-
 si tutor proprio nomine ex pecunia pupilli rem
 quam comparauit. Quod idem de milite statu
 reperitur, si alius suo nomine ex pecunia illius
 piam emit. Idem locum habet, si ex pecunia Eccle-
 liae, ab eius administratore res aliqua comparata
 NB. Quia Ecclesia in istis aequiparatur Minori, iura
 NB. Abb. Ecclesia iure minoris debet semper illa seruare
 6. Si priuatus quispiam generalem accepit hypothe-
 cam in bonis alicuius acquisitis & acquirendis, &

postea similiter fiscus, tunc licet priuatus fisco præferatur in bonis, quæ ante posteriorem fisco obligationem acquisita sunt, contra tamen fiscus præfertur in ijs bonis, quæ debitor post secundam obligationem acquisiuit. 7. Inter Creditores priuatos, quorum vnus priuata scriptura, alter publicis actis vel instrumento de pignore cauit, præfertur ille, qui publicam hypothecam habet, hoc est, in iudicio coram Iudice datam, vel coram Notario & testibus factam. Idque statutum est ob fraudis suspicionem, quæ in priuata scriptura facile interuenire potest. Quare si omnis suspicio fraudis absit; quia prioritas hypothecæ per priuatam scripturam, aut si sine scriptura constituta fuit, per testes legitimè probari possit, potior censenda est, quam posterior hypothecæ, quamuis publicæ: quia in litibus exercendis non minorem fidem merentur depositiones testium, quam publicam Instrumentum.

Post debita realia & hypothecaria, si bona debitoris suppetant, soluenda sunt debita mere personalia, siue ex contractu quocunque, (intellige onerosum) siue ex delicto descendant. Ratio, quia neque iura expriment, neque ratio aliqua conuincit, inter creditores ex contractu, aut delicto prærogatiuæ locum esse, cum vtriusque generis debita æqualiter ex iustitia sint. 112.

Sunt tamen aliqui Creditores, qui priuilegiati dicuntur, quia ex iuris priuilegio totum debium suum postulare possunt, antequam alij Creditores; chirographarij non priuilegiati admittantur. 1. Respublicæ creditrix. 2. Qui pecuniam deposuit apud depositarios Reipub. (ita vt depositum transeat in contractum mutui, postquam pecunia consumpta est.)

est.) 3. Qui ad nauem extruendam, emendam, pecuniam credidit, idque ob speciale priuilegium, in uore navigationis maritimæ, Reipubl. valdè commoda, concessum.

Affert. 7. Si, postquam priuilegiatis creditoribus integre satisfactum fuit, adhuc bona aliquam debitoris super sint, reliquis personalibus creditoribus solutio facienda est pro rata, siue secundum proportionem debitorum, nulla habita ratione, utrum tempore priores, an posteriores sint. Vnde si debitor omnibus debitis soluendis se imparem nouit, creditorum præ alijs, non priuilegiato, neque indigenti, neque valdè indigenti, ideoque nulla sua necessitate integrum debitum soluat, in fraudem aliorum agere, & iniuriam inferre censetur, nihilominus tamen creditor iure retinet nisi in fraudem aliorum sit, simulando V.C. grauem inopiam, vel inuito extorserit, cum eo loco res essent, ut bonis vendere uellet.

7 Si vnus creditorum ante alios, quamuis priuilegiatos, sed nullam hypothecam priorem habens, debitum suum exigat, ei solui potest, antequam bona iudicis auctoritate occupantur: Etenim creditor ille vigilando, exigendoque meliorem suam conditionem fecit: nam ius ciuile vigilantibus scriptum est. Quod si vnus Creditorum graui inopia periturus, potest lege Charitatis huic totum debitum priusquam bona iudicis auctoritate possidentur.

Denique si debitis grauatus aliquid expenderit in comparationem, aut conseruationem eorumque necessaria ipsi sunt ad vitam, honorem, statum vel acq̄situm, nullã iniuriã Creditoribus inferre. Sic enim talia sibi necessaria, antequam bonis cedat, retine-

tinere potest, interim dilata restitutione. Ita etiam, si non habeat, ex bonis suis comparare non prohibetur. V. C. vestes, pharmaca, cibos, ad vxoris & liberorum sustentationem, equos item & famulos ad status conseruationem necessarios. Et famuli, licet sciant, eos dominos sine Creditorum damno alere non posse, possunt seruire & petere solutionem, quia tum alij non essent defuturi, qui operam suam conducere patientur.

Non censetur alienatio, vel solutio facta in fraudem Creditorum, si exinde facultates diminutæ non sint (V. C. si ære alieno grauatus, pro ædibus emptis, & adhuc in eius dominio existentibus, iustum precium soluat, nullum alijs Creditoribus damnum infert. Et si famuli, quibus debita merces soluitur, tantumdem commodi in bonis debitoris afferant.

Etiam non censetur facta alienatio vel solutio in fraudem creditorum, si aliquid comparatum, quod necessarium sit ad conseruationem vitæ, honoris, status iuste acquisiti.

Vxor & filij (carentes bonis proprijs) à marito debitoris grauato accipere possunt alimenta, seu sustentationem necessariam, absque restituendi obligatione, quamuis maritus ob hanc causam familiæ alendæ, noua debita contraxerit. Ratio prioris est, quia pater familias ex iusticia obligatus est, liberos & vxorem alere. Ergo, hoc suum debitum accipere possunt ex eius bonis, nullo reali vinculo obstrictis. Ratio posterioris est, quia inopia patris familias non liberat eum simpliciter obligatione præstandi alimenta vxori ac liberis, sed solum obligationem eius suspendit, pro tempore ac statu durantis impotentiæ. Quare quemadmodum si debitor soluedi impotens mutuo pecunias accipiat, vt

antiquiori Creditori satisfaciat, creditor iste nullam obligationem contrahit ob pecuniam sibi solutam, quandoquidem ex solutione eius, quod sibi iure debitum erat, locupletior factus non est, ideoque pecunia tanquam in rem ipsius versa condici habet: ita etiam se res habet in praestatione salutarum, uxori ac liberis debitorum.

C A P. XII.

De Restituendi Impotentia.

Debitor restituere non cogitur cum grauius damno sibi, vel alteri inferendo, quam restituere possit commodum restitutionis. Hinc NB. Reg. uarri: *Quotiescunque Dominus siue creditor ratione NB. liter contentus esse debet, ut restitutio differatur.* NB. *test etiam differri, licet ille inuitus sit.* Cum Creditor debitori, constituto in graui necessitate ex lege charitatis subuenire teneatur, sequitur ut contentus esse debeat, si debitor in graui necessitate differat restitutionem. Excipe, nisi creditor pari graui necessitate; tunc enim melior debitoris conditio innocentis, quam nocentis.

NB. Dux belli iniquas rapinas possidens non tenetur restituere, si ob restitutionem militia excusetur debeat in detrimentum Reip. Christianae, nec furuias cum periculo publicae infamationis, peris & suspendij, iuxta reg. Cordubae & aliorum: *num inferiori ordinis restituendum non est cum detrimento boni superioris in suo genere aequè graui.*

NB. Ex iusta dilatione debitae solutionis, damnum & lucrum cessans creditori eueniens, ipsi communi iure resarciendum est: Quia iniqua esset conditio, si debitor solutionem debiti in suum commo-

dum differre vellet, non suscipiendo in se onus resarciendi iacturam, quæ ex tali solutione, creditori eveniet: neque creditor aliter in dilationem debiti consentire cogitur.

Non tenetur aliquis restitutionem facere, cum 3 detrimento famæ, aut status iuste acquisiti, etiam si debita sint ex delicto, præsertim incerta; imo (cum obligatio dandi debita incerta, pauperibus ex iure tantum sit Ecclesiastico, ideoque non cum tanta severitate obligans,) etiam si debitor ad meliorem fortunam prouenerit, non tenetur ad restitutionem pauperibus faciendam. Ratio, quia debitor, spectata qualitate & conditione status sui verè pauper est, ideo ex sententia multorum Doctorum, potest sibi ipsi prospicere, tanquam pauperi. Non enim debitor (si pauper) debet esse deterioris conditionis, quam alij pauperes. Vnde distributor Eleemosynarum inter pauperes constitutus, se ipsum connumerare potest, si verè talis existat.

Circa restitutionem bonorum incertorum ex delicto, cum summo Pontifice compositio fieri potest.

Qui bonis suis cessit, non ideo liber est obligatione restituendi, sed duo commoda habet. 1. Ut propter debita in carcere detineri non possit, cum alias nisi cederet possit conijci in carcerem, nisi possit præstare cautionem, ea enim exhibita, aut nisi fisco debeat, aut de fuga suspectus sit, non potest ordinariè in causa pecuniaria in carcerari, Gail. lib. 1. obseru. 26. 2. Beneficium, ut si postea aliquod acquisiuit, non amplius restituere teneatur, quam commode possit, seruatis tibi alimentis necessariis, secundum statum & qualitatem personæ, idq; in foro conscientie.

Cc 3 NB.

NB. Clerici Clericalibus priuilegijs gaudere non possunt intrudi in carcerem ob debita. Clericus simpliciter recuset se soluturum potest à suo Magistratu incarcerari, alioquin si non fructuando, possunt reditus eorum annui assignati creditoribus, relictis ipsis alimentis necessariis.

Item; Cessio bonorum locum non habet, si debitor ex delicto descendat; Ratio, quia non est creditore iure civili beneficium Cessionis ijs tribui, qui poenae leueritatem merentur. Quare in debito delicto locum habet illud l. i. in fine, ff. de poen.
 6 non habet in are, luat in corpore.

Ære alieno grauatus, si manendo in seculo debita se soluturum existimet, non potest creditoribus in Religionem ingredi, quamuis eam uouerit. Ratio quia cum solutio debitorum sit iuris ac iustitiae realis, iniuriam infert, qui absq; necessitate uolunt se impotente reddit ad seruandū. At qui talis in Religionem sine necessitate se reddit impotente ad uenda debita. Ergo, non licet filio ingredi Religionem si pater in Extrema necessitate sit. Ergo nec debitor cum utrobique sit obligatio ex iustitia. Tertio, iuxta canonib. prohibetur, ne grauati ratiocinijs, seu obligatione reddendarum rationum cum officio, priusquam expediuerint, ad Religionem recipiantur, non alia causa, quā quia Religionis ingressus, sicuti & ab Deo grata non sunt, si in alterius iniuriam cedunt.

NB. Si obstrictus debitis uoueat se Religionem ingressurum, differenda est executio voti, quam debita soluta sint. Ratio, quia votum, sicuti & iuramentum non debet esse *vinculum iniustitia*. Expectatio prior obligatio non potest tollere priorem.

Si debitis obstrictus contra Creditorum uoluntatem Religionem professus est, adhuc obligatus manet.

adeò vt interdum egredi tenetur, sicut filius causę iu-
uandi patrem in graui necessitate. Ratio, quia pro-
missio posterior professionis religiosę, non potest
præiudicare naturali obligationi siue debito antea
contracto.

NB. Si pater in extrema necessitate positus, fi-
lius debet egredi religionē: Si autem post professio-
nem pater incidit in inopiam non extremam, potest
quidem egredi cum licentia, sed non tenetur. Ratio,
tunc enim quasi spiritualiter mortuus est, & seculi
curis expeditus.

NB. Professio Religionis Mariti post matrimo-
nium consummatum sine consensu vxoris, ipso iure
irrita est: At verò professio debitoris facta sine con-
sensu creditorum, licet illicita & iniuriosa sit, tamen
valet. Ratio. Quia V. C. mancipium suo domino, &
coniunx suo coniugi obligata est, secundum pro-
priam personam, ideò se Religioni iterum obligare
non possunt. At verò debitor ex contractu vel deli-
cto obligatus non est secundum personam, seu in or-
dine ad personalia obsequia; quare Religioni se vali-
de obligare potest.

Debitor non liberatur obligatione restituendi,
quia maius lucrum ipsi cessabit, quam commodum
Creditori ex restitutione obueniet.

NB. Si ingrediens Religionem (debitor impo-
tens soluendi, ita comparatus sit, vt spectato eius in-
genio ac moribus, vt valdè difficile sit, eum à pecca-
tis, quibus implicatus est, liberari, nisi relicto seculo
religionem ingrediatur, tunc potest talis ingredi reli-
gionem, posthabita obligatione debitorum, sicut fi-
lius, si ita comparatus esset, non teneretur cum tanto
suo spirituali damno & periculo in seculo manere, ad
subueniendum patri inopi.

Sed

Sed quia talis casus rarus, non facile praesumendus, ideo manet in nostra sententia.

NB. Ex Ecclesiae traditione notum esse, quod sponsalibus, licet iurata sint, haec tacite censetur esse conditio; Nisi Religionem ingredi postea fuerit. Quae quidem conditio in neutrius iniuriam cedit, cum in ea utraq; pars contrahentium aequi iure gaudeat. At verò eiusmodi conditionem in contractibus subintelligi; *Reddam tibi pecunias mutuo emptas, nisi Religionem ingressus fuero*, traditio, aut praescriptio Ecclesiae non habet. Neque naturalis aequitas talis conditionem patitur: cum ea in solum commodum debitoris, magnum autem incommodum & gravamen creditoris cedat.

NB. Haec etiam intelligenda non solum de debitis ex contractu oneroso & reciproco, sed etiam de gratuita V. C. donationis obligatione. Ratio, quod postquam liberalis promissio accepta est, tunc ius & actionem promissario. Ergo iniuria ei fieri non impleatur. Excipe, nisi promittens non intendit obligare in eo eventu; si religionem ingredi voluerit, quod in dubio praesumi potest.

9 Qui ex furto, usuris, &c. debitor est, si ei, cui restituendum esset, tantumdem donet, immemor debiti, non videtur obligatione liberari. Ratio, quod donum gratuitum, & debitum ex iustitia inter se non congruant, ut Apost. ad Rom. II. Nec refert, quod debitor ex furto; si debiti sui memor fuisset, gratiam donasset: quia actualis dispositio voluntatis, non conditionalis in contrahentibus attendenda est. Limita, 1. Nisi fur probabiliter se persuadeat, quod debitor, si rem cognitam haberet, debitum exactum non esset, sed libenter remissurus. 2. Nisi obligatus

restituendi, puta pauperibus, ex iure tantum Ecclesiastico promanet, iuxta ea, quæ supra dixi, tunc arbitrator dici posse Eleemosynas, quæ cum tali obligatione, quamvis non animo satisfaciendi factæ sint, tamen ad eam extinguendam prodesse posse, v. c. Canonici debens propter negligentiam horarum pauperibus, vel ad pias causas, ex impositione pœnitentiæ, immemor huius, curans facere statuam argenteam in templo: Nam leges Ecclesiasticæ debent benignè explicari.

Si debitor ex delicto, v. c. fur, rem restituendam committat Confessario, Confessarius verò defraudet aut fugiat, non liberatur primus debitor. Ratio, quia Res quælibet, si casu pereat, domino suo perit, debitor autem rei debite indeterminatæ, v. c. 10. florenorum ex iniusta venditione adhuc dominus est. Ergo, licet sine eius culpa, v. c. malitia confessarii pereat, ipsius id damno accidit, nec aliter censetur esse contentus Creditor.

Quod si verò res aliqua in specie debita fuit, sed iuste v. c. inuenta, vel alias bona fide possessa, tamen interest debitoris, ut non sciatur, restitutionem ab ipso provenire, tunc satisfacit si confessario credat restituendam rem, licet Confessarius defraudet. Ratio, quia in tali casu non obligatur, neque ratione rei acceptæ, cum eam non habeat, neque ratione iniustæ acceptionis, cum ab omni culpa immunis sit, consequenter si res pereat, domino suo perire debet.

¶ (?) ¶

Cc 5 TRA.


TRACTATUS TERTIVS

De

DELICTIS.

OBLIGATIONES alia ex contractu voluntariae, alia ex delicto. Illa voluntaria voluntate suscepta sunt. Haec autem appellantur involuntariae; tum, quia ille, cui damnum iniuste illatum est, in id minimè consentit; tum, quia nec delinquens secundum se in obligationem consentit, sed potius inuitus eam contrahit. Nam sicut reatus poena, ut effectus necessario peccati involuntarius, est quodammodo peccanti; sic etiam ex delictis, quibus iniquum damnum inferitur, damnificans obligationem seu reatum damni compensandi, etsi minimè voluit, tamen iuris naturalis ac positivi necessitatem contrahit.

Cum autem pro diuersitate bonorum, quae iniuste inferri possunt, triplex homini iniquum damnum inferatur, puta vel in bonis externis fortuna per furtum, rapinam, &c. vel in bonis externis honoris, per detractionem, &c. vel damnum in bonis corporis internis per homicidium, mutilationem, raptum, stuprum, adulterium, ideo de obligationibus inde ortis hoc tractatu trifariam nobis agendum est.



PARS

PARS PRIMA.

De obligationibus Contractis ex iniusto fortunarum damno.

CAP. I.

De Furto.

Furtum est acceptio rei alienæ occulta & fraudulenta. *Acceptio* ad excludendos incendiarios, &c. *vi* etiam usus & commodati depositi invito domino; *aliena*, id est, ad alterum iure spectantis; *occulta*, id est, ad differentiam rapinæ, *fraudulenta* ad excludendam extremam necessitatem famis, & si quis præsumat Dominum non esse invitum, aut permissurum, vtres sua contrectetur. Quia *furtum sine affectu furandi non committitur*. §. placuit, instit. eod.

NB. Si credat aliquis invito domino se rem contrectare, cum volente fiat, non est furtum formale, sed solum materiale.

Furtum diuiditur in simplex & qualificatum. *Qualificati* species sunt; *Sacrilegium*, quod est furtum rei sacræ, in loco vel sacro, vel non, & è contra rei non sacræ, in loco sacro. *Peculatus*, furtum rei fisci; *Crimen Plagii*, cum mancipia aut liberi parentum adhuc in potestate eorum captiuantur, aut abstrahuntur. *Abigei*, quibus cura est alienis insidiari animalibus.

Item furtum diuiditur in manifestum, in quo fur deprehenditur, & non manifestum.

An furtum mortale sit ex obiecto prudentis viri arbitrio

arbitrio æstimandum est, non solum ex quantitate rei ablatae, sed etiam ex circumstantiis personae, cui ablata est. Ratio, quia furti gravitas æstimanda est tum ex damno iniuste illato, tum ex voluntate domini iniuste ferentis, rem suam sibi auferri; siquidem furtum aliud non est, quam ablatio rei alienae, domino eius rationabiliter invito. Certum autem est, ob eandem pecuniae quantitatem furto ablatam, maius damnum accipere pauperem quam diuitem, & plus hunc quam valde diuitem. Ergo facti gravitas non ex sola quantitate rei ablatae, sed etiam ex circumstantiis personae æstimanda est.

NB. Materia mortalis est, si à ditissimo Mercatore auferas, 2. vel 3 flor. à mediocriter diuitem 12. vel 15. pazios, ab operario 3. vel 4. à mendico tot nummos, unde vno die se aluisset.

Nam Marci 12. Vidua duo minuta offerens, plus omnibus dedit, quando totum victum suum dedit, ergo is, qui abstulisset, peccasset mortaliter. Item, vel 3. ducati à quocunque ablati, etiam à Rege, sunt mortales; quia nemo est, iuxta persuasionem eorum, etiam Rex, qui non tantam pecuniae iacturam potest uiter ferre censetur.

Acus à paupere sutore vel sartore ablata, est mortalis, si non aliam, unde se sustentet. Item per vineam transiens, & paucas uvas decerpens, existens cum, ut alii transeant, & magnum damnum inferant, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem.

NB. Pœnitens fur, etiam examinandus, an ipsi fuerit animus plura furandi, si habuisset occasionem, (nam in foro conscientiae non id solum, quod furto ablatum est, attenditur, sed etiam mens furandi.)

Peccat mortaliter etiam contra Charitatem, qui auferat

auferē domino modicum, ex cuius amissione dominus magnam molestiam cepit, eo quod summopere ea de re delectatus est.

Actio famosa non datur aduersus liberos & vxorem propter honorem matrimonii, nec aduersus famulos, si furta sint modica: nihilominus si paterfamilias rem furtiuā à domesticis recuperare nequit, potest implorare auxilium iudicis, & si grandia sint furta, etiam pœna corporali puniri solent.

Si vxor, liberi, alique domestici furentur præsertim esculenta, potulentia, quæ ipsimet absumāt, maior quantitas damni requiritur ad mortale; quia dominus minus inuitus est, vt ab his, quam ab extraneo furipiatur, vel etsi valde inuitus videatur, tamen sæpe non tam rei acceptæ, quam modi accipiendi, aut ratione finis.

Filius à patre ditissimo auferens 3. aureos, non est mortalis damnandus. Eadem ratio est de Religiosis in domo furantibus esculenta, quia non instar famulorum sed vt filii ex bonis monasterii aluntur. Excipenisi per furta modica graue damnum inferant, v. c. singulis diebus 1. mensuram vini, vbi carum est, ex cello absumendo: tunc est mortale non tantum contra iustitiam in genere furti, sed etiam contra votum paupertatis, si Religiosus sit.

Si pater verè inuitus fuit ratione rei acceptæ secundum se, vxor tenetur restituere ex bonis paraphernalibus: filius ex castrensibus. Quod si non habent, post mortem patris adferre debet in diuisionem hereditatis, si rei ablatæ quantitas modica non sit, neq; pater eius restitutionem expressè aut tacitè remisit. Quod si domestici sine magna difficultate restituere non possunt, præcipiat illis confessarius, vt extraordi-

traordinariis officiis & obsequiis, quatenus fieri potest, compensare studeant.

Qui repetitis vicibus modicum quid aufert, denique mortaliter peccare potest, v. c. si à diuite mercatore singulis diebus auferas i. album, vsque ad 60 dies, vltimo die notabile illi damnum inferas. Nam opus, quo iniustum notabile damnum proximi completur mortale est, per ablationem autem vicimi albi completur notabile damnum proximi. Ergo vltimi albi furtum mortale est, non secundum se absolute sed cum habitudine ad furta antecedentia consideratum.

NB. Tamen hic 4. puncta. 1. Si 30. mercatoribus singulis auferas vnum pazium, non peccas mortaliter, quia damnum non graue. 2. Si modica fueris animo ditescendi, V. C. multas vineas percurrendo, racemorum multitudinem colligas, peccas mortaliter, quia vnicum malignum propositum cuius obiectum graue est, à culpa mortali non excusat. Secus est, si parum abstulisti à diuite, & contempsisti animo non amplius furandi, & tamen postea rursus fureris: nam non hic est vnicum malignum propositum manens, sed reuocatum per pœnitentiam. Si tamen ab vna furans sepe venias ad damnum valde notabile, V. C. trium annorum mortaliter peccabis, ratione iniustificationis. 3. Si per temporum interualla furtum parum furetur intra annum ii. patz. ita vt intra quatuor annorum spacio veniat ad vnius aurei damnum quantitatem, non peccabit mortaliter; quia furtum tanto temporum interuallo repetita, non continet vnius & eiusdem damni habitudinem, parum quod dominus non tam inuitus est in hoc casu. Quod si pluribus

pluribus per temporum interualla absque proposito ditescendi furia fiant, etiam duo vel tres aurei non sufficiant ad mortale, 4. Furans hodie à Titio 6. Crucigeros, à quo etiam ante furatus, tamen restituit, tunc hoc furtum posterius non habet ordinem ad furtum præcedens, nec ex illis aggrauatur, sed tantum est veniale.

Qui in extrema necessitate aliquam rem inuito domino accipit ad vtendum, absumentum, quatenus indiget, is non furatur, nec peccat, nec quicquid tenetur restituere, quandoquidem Dominus eius factus est, si ad meliorem fortunam deueniat; Ratio, quia alioquin rerum communium diuisio iure gentium introducta iniqua foret, nisi ea tacita conditione facta esset, vt tamen in extrema necessitate omnia communia essent. Excipe, nisi ille in pari esset necessitate, cui aufertur, tunc enim melior est conditio possidentis quod si tu ante eius necessitatem acceperas, potes absumere. Etiam parentes, liberos, & fratres in tali casu domino vel creditori præferri possunt. Præterea, si nec ego, nec dominus in possessione rei tunc sumus, cum ad necessitatem extremam deuenimus; licitum est mihi, domino præueniendo, rem, qua indigeo, capere atque absumere. Ratio, quia in extrema necessitate omnia communia censentur, ideoque primo occupatori cedunt.

NB. Negans aliquid alicui in extrema necessitate constituto, licet iniuriam infert, eo quod talia iure naturali illi debeantur, tamē trāfacta necessitate debitum extinguitur. Ratio, quia talia debita legalia solum durant, durante necessitate.

NB. Probabile est, quod diues negando Eleemosynam pauperi in extremis, & causans mortē per hanc negatio-

negationem, peccet contra iustitiam. Ratio, quia
pauper in tali casu habet ius petendi panem diuitum,
consequenter illi iniuria inferitur denegando; quod
contrauenitur iuri illius.

Qui in graui necessitate positus, à diuite, praeter
tempus ante rogato, auferat, non facile peccati morte
damnari debet, quia diues cui auferatur, tunc non
test esse tam inuitus, & S. Ambrosius ait; Quod de
orientum panis sit, quem diues detinet. Qui in con
traria sententia sunt, quae communior est, dicitur
quod constitutus in graui necessitate, non habet
ius propria autoritate rem alienam auferendi. Ergo
iniuriam inferat, si accipiat, & diues ex sola neces
sitate obligatur ad dandum tunc pauperi.

NB. Licet ob necessitatem grauem fas non sit
alienam auferre, tamen rei iam habitae restitutione
differre ob similem necessitatem licitum est: quod
plus est rem alieno auferre, quam debitum non
stituerre. Et, differendo rei debitae restitutione
parum adimitur creditori, quod enim differretur
non auferatur.

9 Si debitum certum ac liquidum alio modo accipi
ri non possit, fas est clanculum accipere, vel occulte
compensatione uti, idque in eadem specie, pecunia
pro pecunia, ob scandalum tamen ne habeatur
fure, illicitum est aliquando. Quod si debitum
tum non potest accipere, sine iniuria, quia in
melior est conditio possidentis.

10 Famuli occulta compensatione uti non prohibetur,
si liquido constet, stipendium iusto minus esse,
ut alio modo consequi non possint. Ratio, quia licet
qui mercem v. c. necessitate coactus, minoris pretii
vendidit, in conscientiae foro pretii defectum, quae
donand

donandi animus non fuit, exigere potest, ita etiam famulus stipendii defectum. Excipe, Nisi nobilis, apud quem famulatur, eum sit promoturus, aut si rogatus dominus eum conduxit; tunc conqueri facile non potest de stipendii exiguitate: nam sicut merces, ita & operæ vltionæ vilescunt.

Pœna furto decreta vel ciuilis est in duplum, aut quadruplum; vel criminalis, quæ olim arbitraria erat. Hodie verò lege Carolina ob tertium furtum materiæ notabilis, suspendium inferri solet. Imo iusta potest esse constitutio, vt etiam pro primo furto graui quis suspendatur, maxime si sit sacrilegium. Hinc Claudius Saturninus in criminibus puniendis, septem considerata monet. Causam, personam, locum, tempus, qualitatem, quantitatem, eventum.

CAP. II.

De Rapina.

Rapina est acceptio rei alienæ per vim Nomine rei, intellige non personam; nam raptus mulieris est crimen diuersum à rapina: per vim, id est, violenter, quæ est specialis iniuriâ.

Vis iniusta alia est publicâ, quæ armis, id est, quocumq; eorum, quæ corpori nocere possunt, palam inferitur; item quando dolo malo homo includitur; scemina vel puer stupratur, Iudex in iudicando per vim impeditur.

Rapina à furto specie distinguitur. Ratio, quia rapina continet specie diuersam malitiam à furto. Nam vim alicui inferre in bonis suis, species est realis contumeliæ. Quare fieri potest vt aliquis à persona illustri rem exiguam per vim auferat, & solum

D d

veniali-

venialiter tum peccet in genere furti, mortaliter in genere contumeliae & è contra.

- 4 Extorquere aliquid per metum iniustum, rapinae species est, v. c. quod latro mortis metu intentato accipit; 2. Iniustae tributorum exactioes. 3. si publici ministri aliquid sibi postulent, quod rogati, ob metum recusare non audent, idque dicitur crimen conclusionis. 4. si alterum cogas ad inaequalem contractum tecum ineundum.

CAP. III.

De Tributis, & Vectigalibus, eorundemque defraudatione.

- 1 **T**ributum est pensio, quae subditis imponitur Magistratui soluenda, ut dignitatem & curam reipublicae sustinere possit. Vectigal est, quod proventus in ciuitate, vel prouinciam inuectis, vel ante soluitur; alias portatorium vocatur. I. omnibus, & de vectigalibus. A summistis gabella dicitur. Peltagium verò dici solet, quòd à transeuntibus soluitur pro pontis conseruatione, viae custodia.

Tributum (personae impositum, quod exigere esse deberet, dicitur capitatio) duplex est: Ordinarium, quod certam & communi lege antiquam institutionem continet. Extraordinarium, quod pro superuenientem causam siue necessitatem extraordinarie imperatur, & dici solet collecta, seu talia.

- 2 Ad iustitiam tributi, aut vectigalis tria requiruntur: Legitima imponentis auctoritas: Causa iusta. Modus impositionis, ut secundum cuiusque facultates fiat.

Cur autem vectigalis & tributi impositio tantum regalia numerari debeat, causa est, quia principes

premi à subditis accipere debent sumptus necessarios; Proreges verò, Duces & gubernatores ab ipsis principibus, à quibus constituuntur & dependent.

Iusta causa est necessitas, vel magna Reipub. utilitas, cui alia ratione subueniri non potest, Et licet cesset necessitas, tamen si necessarius sit thesaurus ad terrorem hostium, & propter pericula, manet iusta causa exactionis.

Etiā iis rebus, quæ ad necessarium usum familiæ inuehuntur, vectigal statui potest, vbi consuetudo obtinuit. 3

Tributum directè à subditis exigitur (nā tributū pendere signum subiectionis est, iuxta Rom. 13. Datur enim Principi, ad bonum statum Reip. tuendū, quod eorum tantum interest, qui Reipubl. eiusdem membra sunt. Verum ab exteris & extraneis solum per accidens exiguntur, idque propter ius mercenarii seu negotiationis, quod ipsis in aliena terra conceditur & propter expensas pontium, viarum, & securitatis præstandæ obligationem. 4

Si vectigal aut tributum iustum existimetur, solui debet, etsi officialis per errorem vel similem causam non exigit, iuxta Apost. Rom. 13. Ratio, quia vectigalis & tributorum solutio fundatur in iustitia commutativa, secundum quam principi publica onera cōpensari debent ab iis quorū gratia sustinetur. Hoc autē cōmune est debitis illis, quæ ex iustitia cōmutativa oriuntur, vt etiam si creditor per obliuionē non exigit, nihilominus illi solui debeat. Quod si putetur iniustum, vel si de eius iustitia non immeritò dubitetur, & tributa in non necessarios vsus conuertuntur, tunc solutionem subterfugere non est illicitum, iuxta Molinam. Qui etiam admonet, cum 5

tot conditiones ad Iustitiam vectigalis, aut tributi nouiter impositi, vel aucti requirantur, non facile in conscientiarum foro ad faciendam restitutionem condemnandos esse defraudantes, nisi satis constituta exactio iustitia ac necessitate.

6 Officiales iussi exigere tributum, de quo dubitatur, an iustum, parere non prohibentur, si ad Collegii impositionem vel auctioem tributi succedere non possunt, nisi eius iustitiam affirmatiue agnoscant.

7 Officiales cum pauperibus quandoque distulere possunt.

8 Si Princeps vel Magistratus populum tributum iusto grauet, restituendi obligationem contra quod fieri potest, minuendo ordinaria tributa.

§. Vnicus.

De Subsidio Charitatiuo.

9 **E**piscope & similes Prælati possunt à clero petere subsidium Charitatiuum, (sic idè dictum, quia proficiscitur ex charitatis & vnionis vinculo, inter Episcopum & Clerum intercedit) vt patet ex ca. cum Apostolus, de censibus, § prohibemus, & scriptum ex Concilio Lateran. *Sustinemus, pro multitudine tributarum, quæ aliquoties superueniunt, vt si manifestationabilis causa extiterit, cum charitate moderatè (subditis) valeant auxilium postulare.*

NB. Si dubium sit de iusta causa inter Clerum & Episcopum, recurrendum est ad superiorem, vel arbitri partium consensu statuendi. Non enim Clerici debent minus grauari.

10 Si Clerici iusta de causa petitum subsidium conferre recusent, compelli possunt etiam cum censuris.

excommunicationis, quia ut Bellencin. Si deficit Charitas, valeere debet potestas.

Subsidium charitativum est omnis adhærens Clericis in ordine ad Ecclesiasticos redditus, Hinc etiam si prædia sint in alieno Episcopatu, tamen debentur subsidia Episcopo proprio, quia est onus reale adhærens personæ: Unde soli beneficiari præstare coguntur: Quod si nullos redditus, etiam non tenentur. Qui habent pensiones Clericales, si specialiter exempti, non tenentur, nec qui habent tantum bona matrimonialia.

Capitula collegiata etiam Ecclesiarum Cathedralium subsidium conferre tenentur.

Monasteria Regularium non obligantur ad subsidium Diocesano Episcopo præstandum, nisi ratione Ecclesiarum habentium populum seu curam plebis, vel quæ aliquando huic oneri subiectæ, potest monasterio exempto unitæ sint. Prius prob. quia subsidium charitativum est de lege diocesana. Monasteria autem Relig. exempta sunt à lege diocesana Episcopi; tamen subdita sint legi iurisdictionis. Prob. posterius, quia nunquam præsumitur, quod talis unio facta fuerit cum præiudicio iurium Episcopaliū.

Episcopus subsidium Charitativum remittere alicui non potest in perpetuum: quia talis renunciatio cederet in detrimentum Ecclesiæ, aliorumque grauamen, nisi Papa de plenitudine potestatis talem exemptionem confirmet. Potest tamen Episcopus ob iustam causam semel atq; iterum remittere, quia tunc proprio tantum commodo renunciat, quod facere non prohibetur, imò pauperibus Clericis remittere tenetur.

Immunitas à præstando subsidio per præscriptionem temporis immemorialis cum bona fide accipi potest, præsertim si titulus præsumptus, puta firmi accepti priuilegii emptionis, comitetur. Si autem nullus titulus adsit, nec sit fama, quod ab immemoriali tempore non fuit exactum, tunc non præscribitur, quippe cōtra charitatem procedens, quare præscriptio non haberet iustam causam.

CAP. IV.

De Crimine falsi.

CRimen falsi est peruersio veritatis cum dolus alterius iactura, ad id tria requiruntur. Veritas immutatio. Dolus operantis; Et, vt alteri in damnum proueniat.

Crimen falsi variis modis committitur:

Primo; Monetam falsam cudens sine legitima auctoritate, aut adulterans.

Secundo; Testamentum, aliudue Instrumentum legitimum mutans, supprimens, lacerans.

Tertio; Alienas literas dolosè aperiens, legens, alterius iniuria, vel damno iniusto. Excipitur necessarium tempore, tunc enim nullus interueniens, item si prælati suspicentur aliquid mali committi in literis. Et quamuis peccet, qui alienas priuatas aperiat, tamen nisi aduersario ostendat, non punitur pœna falsi.

Quarto; Qui falsis mensuris & ponderibus utitur, vel materiam adulterinam mercibus admittit.

Quinto; Alienum partum alicui supponens.

Sexto; Falsum testimonium proferens, Iudicium corrupens.

Septimo; Signum adulterinū faciens vel falsum

Octavo; Qui proposita edicta dolo malo corrū-
 pit, l. penult. ff. eod. Pœna criminis falsi, hodie est ar-
 bitraria, olim erat exilium perpetuum cum confis-
 catione bonorum.

Non est licitum amisso legitimo instrumento, a-
 liud simile confingere. Nam huiusmodi falsationes
 Reipub. perniciosæ esse solent. Vnde legibus seuerè
 prohibentur, & cum prohibitio iusta sit, in consci-
 tia obligat.

Literas laceratas & in publicum abiectas quilibet
 colligere, & legere, earumque notitia in suum com-
 modum uti potest; quia literæ laceratæ habentur pro
 derelictis. Lex tamen Charitatis obligat, ut V. C. si
 secreta sint, aliis non manifestet. Imò, si causa sit in-
 iusti damni alteri euenturi ex tali collatione, pecca-
 bit contra iustitiam.

CAP. V.

De Moneta falsatione & mutatione.

Nummus publica lege constitutus fuit, ut rerum
 omnium, quibus indigemus, æstimatio esset.

Nummus, ut legitimus ac iustus sit, requirit ma-
 teriam, & pondus metalli, sicuti signum ipsi impres-
 sum indicat.

N. Fundamentum iusti nummi est Metalli boni-
 tas & pondus. Hæc enim ab impressa publicæ æsti-
 mationis figura significantur; cui signo, nisi intrinse-
 ca materię bonitas respondeat, falsus nummus e-
 rit.

N. Præterea, quod intrinsecus valor nummi par-
 tim sumitur ex metalli raritate, & naturalibus pro-
 prietatibus. V. C. auri vel argenti puritate, ductilitate,
 &c. partim verò ex communi hominū apprehen-
 sione

fione & affectione, maximè aliarum gentium, etiam quibuscum commercium seu negotiatio est.

3 Nummi seu pecuniæ valor & æstimatio, alia intrinseca est, ac veluti substantialis, alia extrinseca imposita, quæ vt vera & iusta sit, intrinsecæ correspondere debet. Quod si extrinseca æstimatio tantum discrepet ab intrinseco valore, iniusta erit, sed materialiter, quare diuturna esse non potest, cum noxia Reip. Nisi quod propter occurrentem necessitatem ad tempus tolerari queat.

4 Tria ad Iustitiam causæ monetæ requiruntur. Legitima cudendi authoritas: nam Monetam cudere est Regale. Et pœna mortis in eos decernitur, qui monetam priuata fusione formarunt. Cum enim nummus propter publicam vtilitatem & necessitatem institutus sit, non nisi eius authoritate prodigi debet, qui totius communitatis curam gerit: nam alioquin innumeræ fraudes orientur. Altera est materiae bonitas. 3. Iustum pondus materiae, sicut in nummi indicat.

5 Pecuniarum falsatio pluribus modis committitur. 1. Si quis cudat non habens potestatem namque falsatio continet dolum & iacturam Principis, quæ prope cuius ius vsurpatur. 2. Qui cudit materiam adulterinam. 3. Qui de iusto pondere radit, & scindit. 4. Qui adulterinæ materiae nummos C. stanneos colorant, vt appareant aurei vel argentei, quod si publica authoritate mixtum sit cuprum illudque temporis successu apparet, non est moneta. 5. Qui illud illinire, vt albius appareat, dum modo publicam authoritatem habeant totius nummi, & quod eiusmodi tincturam deteriores non efficiantur. Qui falsas monetas stanneas pro argenteis expectantur.

dunt scienter, nihil obstante, quod ante etiam ab alijs decepti fuerint.

NB. Donare alicui falsum thalerum, quem sit ab usurum, tenetur ad restitutionem, eò quod cooperetur ad multas falsationes inde secururas.

Ius monetarum cudendi inter regalia numeratur: 6 quare illud tanquam speciale priuilegium, Ducibus, Comitibus, Ciuitatibus concessum, vendi, vel alienari non potest, quamuis vsus & commoditas ad tempus, 2. vel 3. menses, alteri elocari possit, ramen cum debita inspectione, aliàs (si fraus inde) principalis ad damni restitutionem obligatur.

Princeps monetarum mutationem facere non 7 potest, absque consensu Communitatis (ratio, quia pecuniæ vsus & commoditas publica esse debet. At verò, quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. reg. 29. in 6. Vel saltem potioris partis, talis enim consensus, cum impossibile sit omnium omnino consensum postulare, censetur omnium) Excipe casum publicæ ac manifestæ necessitatis.

Ingentia incommoda ex monetarum, maximè in- 8 trinseca mutatione prouenire solent: præbetur enim ansa arti nummulariæ, vt multi, conflando pecunias, cum aliorum damno ditescant; Negotiationes & commercia perturbantur, impediuntur. Censuræ ac reditus perturbantur, occasio præbetur plurimarum fraudum ac litium coram Iudicio. Imò ipsi principes contenti esse coguntur, si tributis nomine vitiatæ monetæ soluantur, quales ex officina prodeunt, &c.

Grauius peccat princeps, si ob commodum 9 suum, & absque publica necessitate monetarum mutationem introducat.

10 Mutatio pecuniæ alia intrinseca tantum est, vel secundum intrinsecum valorem, vel de iusto pondere detrahendo, vel deteriore materia admittendo, altera tantum extrinseca, nempe secundum æstimationem extrinsecam. Si manente eadem materia bonitate pluris ac minoris fiat. Quibus addi potest tertia mutatio, quæ est simul intrinseca & extrinseca.

11 Interdum in obligationem venit certa pecuniæ species, interdum verò pecuniæ incerta, ac indeterminata Exemplum primi. Si alicui mutuos dedi in Imperiales, eo pacto, ut etiam in thaleris solutio fiat. Exemplum secundi, si alicui mutuos dedi 10. thaleros, æstimatos tunc 15. florenis argenti. Nam si Rhenus argenteus in instrumentis debitorum ponitur, non ut certa species pecuniæ, sed sicut genus seu æstimatio ac mensura omnis pecuniæ probæ ac receptæ. Interdum species pecuniæ, in qua solutio fieri debeat, in seritur causa demonstrationis tantum, interdum æstimationis, interdum utriusque. Exemplum primi, si mutuo dans 15. florenos, V. C. in thaleris paciscatur, ut solutio etiam fiat in thaleris, si sollicitus de æstimatione thalerorum, sed fortunæ committens. Exemplum secundi, si thaleros mutuo dans, paciscatur, ut nec minor nec maior numerus thalerorum restitui sit. Exemplum tertij, si quis mutuo dederit thaleros, cum pacto, ut totidem omnino restitui secundum speciem restituantur, sicut accepit.

12 Si moneta minuta sit tam intrinseca bonitate quam extrinseco valore, tum alia pecuniæ species

efficitur, quamvis fortè nomine cum priore moneta
conueniat: quare noui nummi pro veteribus, qui in
obligationem venerunt, solui non debent; quia cum
noua pecunia veteri, quæ in obligationem venit, non
æquiualeat, clarum est eius vicem in solutione subire
non posse, V. C. accepisti mutuo Imperialem, teneris
reddere antiquum, aut saltem secundum æstinatio-
nem antiquum.

Si monetæ Species certo numero in pactio-¹³
nem vel promissionem deducantur, superueniense eorum
mutatio extrinseca, creditoris commodo vel in-
commodo accidit, V. C. si dedi mutuo 1000 ducato-
rum, eodem numero ac specie restituendos, ita solui
debent, nihil obstante, quod eorum valor extrinse-
cus auctior fiat, dummodo pactio iusta fuerit, quia
intererat V. C. mutuatoris, qui aureos ad illud tem-
pus auctiois seruasset, vel si æquale periculum
fuerat tum accrementi, tum decrementi moneta-
rum. Ratio assertionis est, quia vniuersim loquen-
do, cum certa rei species debetur, illa que ante mo-
ram debitoris (quam semper exclusam volumus)
auctior vel diminutior fiat, intrinseco aut extrin-
seco valore, commodo vel incommodo Creditoris
id accidit. Ut si tibi promittam, hunc thalerum
Imperialem me daturum, tuo commodo cedet, si
eius valor augetur, quia *Contractus ex conuentione
legem accipiunt.*

Qui certam speciem vel materiam pecuniæ pro-¹⁴
miserit, quamvis extrinsecè æquivalentem, inuito Cre-
ditori soluere non potest, V. C. argentum pro auro:
nisi promissa pecuniæ species perierit, aut acqui-
ri nequeat, tunc alia debet solui, nam inu-
tile per inutile non, debet vitari; vel nisi
osten-

ostendatur, nihil interesse Creditoris, num in hac, an altera moneta debitum recipiat.

NB. Promittens alicui se donaturum hunc rem, si promissor sine culpa deperdat, non tenetur stare promissis, quia promissor non aliter voluit obligare, ut prudenter praesumitur.

¶ 5 Si nulla facta designatione speciei, aut facta quidem, sed numero incerto, quantitas pecuniaria obligationem deducatur, & postea extrinseca monetarum mutatio fiat, ea commodo vel incommodo debitoris accidit, quia tanto pauciores vel plures nummos solvere cogetur, V.C. Si centum ducati tibi mutuo dem, hoc solo pacto, ut tantumdem proba moneta restituas, extrinseca auctio vel diminutio proderit vel oberit debitori. Probatum per Consuetudine Imperij, secundum quem crescentibus monetis, secundum valorem extrinsecum tantum, debita pecuniaria omnia minore moneta numero soluuntur. Quomodo Ferdinandus I. Anno 1559. in Comitibus Augustae, florenum aureum paucius valentem, sine sui intrinseca mutatione Crucigeris auxit, & potestatem fecit debitoribus in valore meliora debita sua dissolventi. Secundo probatur ratione. Nam auctio vel diminutio pecuniarum ideo decernitur, ut secundum eam mercatorum & solutiones debitorum fiant. Ergo si decretum aestimationis iustum est, ut ponimus, servari potest, debet, alioquin si debitor unius V.C. ducati, aestimati 2. florenis, postea eius aestimatione aucta ad duos florenos, & duos paucios, integrum ducatum solvere deberet, amplius ab ipso exigere, quam in promissionem, obligationem deducere fuerat.

Extri

Extrinfeci seu imposititij valoris mutatio in solu- 16
tionibus debitorum antiquorum attendenda non
est in his casibus. 1. Si auctio, vel diminutio extrin-
seca facta est non per legitimam potestatem. 2. Si
auctio vel diminutio valoris constituta est quidem
publica lege, sed non ut stabiliter ac perpetuo dura-
tura, quia principis ob necessitatem V.C. belli mu-
tantis monetas id non faciunt, nisi quatenus necessa-
ria est, ad præsens periculum pellendum, non autem
cum graui præiudicio & damno eorum Credito-
rum, quibus veterum obligationum ius quæsitum
fuit. 3. Si notabilis auctio extrinseca monetarum
introducitur propter intrinsecam diminutionem
aliarum minorum pecuniarum.

Merè extrinseca auctio monetarum lege iusta & 17
stabili nunquam constitui potest, ita ut sit magna ac
valde notabilis Si enim moneta, ut ponimus, iusto
merallo ac pondere causæ sunt, non est ratio, cur ea-
rum valor multum exerceat, si in monetis nulla ex-
trinseca deprauatio fiat.

Si valor monetarum extrinsecus crescat in manu 18
depositarij administratoris, aut cuiuscunque posses-
soris, ordinariè tale augmentum non ad ipsum, sed
ad dominum pecuniarum spectat. Ratio, quia id
augmentum in quoddam accidens monetae: ergo e-
iusdem esse debet, Ego eiusdem esse debet, cuius
est moneta, quemadmodum etiam decrementum
valoris, si contingeret, ad eundem pertineret. Vnde
si ex Gazophylacio alicuius Ecclesiæ alicui detur pe-
cunia ad custodiendam, eiusque precium postea au-
geatur, restituendam esse pecuniam secundum valo-
rem temporis, quo restitutio fit. Excipe, nisi admini-
strator ius habeat, pecunias elocandi in censum, tunc
enim

contrahendo quod agitur, pro tanto habendum est: id autem
 agi intelligitur, ut eiusdem generis, & eadem bonitate sol-
 natur, qua datum est.

Pro bona moneta mutuo data, non tenetur cre- 21
 ditor aliam intrinsecè deteriore[m] recipere, Si enim
 Creditor accipiat 1000 bonos denarios, quales de-
 derat, comparabit decem vlnas panni: Sin vero dete-
 riores accipiat, tantum nouem sibi comparere pote-
 rit. Si autem hos cum bonis, quales dederat, per mu-
 tare seu cambire voluerit, non mille ipsi dabuntur,
 sed solum nongenti.

Si intrinseca imminutio monetarum, & conse- 22
 quenter extrinseca auctio aliarum bonarum pecu-
 niarum modica sit, eius mutationis consideratio
 nulla esse debet. Probat[ur] ex generali consuetudine.
 Constat enim in plerisque Europæ prouincijs, vete-
 res monetas aureas & argenteas melioris materiae,
 maiorisque ponderis olim fuisse, quam quæ postea
 in earum loco constitutæ sunt, & tamen censuum ac
 prædiorum oppigneratorum redemptiones his ipsis
 aliquantulum leuioribus monetis, absque credito-
 rum quærela fieri solent.

Quod si verò intrinseca mutatio talis immodica 23
 & valde notabilis sit, Creditor non tenetur in tali
 moneta antiqui debiti solutionem recipere, V. C.
 Anno 1600. Titius mille thaleros mutuo dedit Ca-
 io, quorum singulieo tempore æstimabantur 18. pa-
 zijs, & conficiebat hæc summa argenteos florenos
 100. Postea verò, propter deteriorum moneta-
 rum frequentem procusionem thalerorum bono-
 rum, cuiusmodi accepti erant, valor multum auctus
 fuit, ut Anno 1620. vel 1625. quo solutio facien-
 da erat, quatuor thaleri, licet intrinsecè non
 melio-

meliores, sed potius deteriores cudentur, extrinsecam
 tamen taxatione æquiualeant [quinque thaleris datus
 tempore contractus. Hoc casu Caius debitor, secun-
 dum præsentem monetarum valorem soluere voluit
 tantum thaleros 800. Sed Titius questus de iniqui-
 tate solutionis eam recipere recusat. In hoc casu
 secundum ius Cæsareum pro Creditore pronuncian-
 dum. Ratio sumi debet, ex moneta essentiali con-
 stitutione, complectente 2. partes, quarum prior ha-
 bet se vt materia ac fundamentum, videlicet boni-
 tas, altera se habet, vt forma, videlicet Character
 signum æstimationis in materia, publica potestate
 stabili lege impressum. Quo posito sic argum-
 to: Naturalis ratio iustitiæ gentium, ac Cæsarea
 postulant, vt in omni mutuo tantundem | eodem p-
 nere ac bonitate, adeoque æquiualens reddatur
 quod datum fuit. Dati autem fuerunt ante annos
 20. thaleri mille, quibus tempore solutionis
 non æquiualent, seu eandem bonitatem, æstima-
 nemque iustam non habent. Ergò non satis fit cre-
 ditori restituendo ipsi thaleros octingentos. Maior est
 certa. Minor probatur. Olim enim valebat thalerus
 crucigeros 70. vel 71. nunc autem 90. Atqui nunc
 tes crucigeri 90. secundum veritatem, (non enim
 quor de extrinseca fictitia specie) & substantiam
 plus valent, imò minus quam ante Annos 25.
 geri 70. Ergo neque thalerus secundum veritatem
 plus iam valet, imò verò minus, quam valebat
 tempore mutationis. Quamobrem neque in ordinariis
 commutationes melior seu utilior est thalerus, quam
 erat ante annos 25. cum certum sit, rerum omnium
 pretia simul cum pecuniarum mutatione augeri,
 que crescentibus accrescere. | Confirmatur doctrina

Est enim communis Doctorum sententia: si notabilis mutatio pecuniarum fiat, solutionem debitorum faciendam esse, secundum æstimationem & valorem pecuniarum, qui erant tempore contractus. Hæc autem mutatio, quæ intra viginti annos accidit, intrinseca atque notabilis est. Cuduntur enim pазij longè deteriores, quorum quatuor vix æquivalent tribus antiquioribus, quales in mutationis contractum venerunt. Adde quod hæc de prauatio pecuniarum, originem non habet ab vlla imperiali constitutione, sed improba sæeneratorum negotiatione introducta per abusum, interim toleratur, donec pecuniarum generalis reformatio in cõnuitijs fiat. Vnde hoc argumentum sumere non licet à quorundam prouinciarum & tribunatum consuetudine, quæ facti tamen est, non iuris: cum non habeat legitimam originem, nec communem populi consensum, sed quotidianam querelam. Et quod in quibusdam locis pro creditore non iudicetur, contra debitorem, causa est, non quia id iustum non sit, sed quia id litium multitudinem non expediat, donec generalis de hac re constitutio fiat: præterquam quod iudicibus sententia Molinæi, & aliorum paucorum, quamuis contra communem sit, & pro praxi iudiciaria expediri videri possit. Nos autem, abstrahendo à praxi, quam sicuti nec probamus, ita nec omnino damnare audentis, disputamus hic, quid iustum sit, spectatis legibus Cæsareis, & spectata institutione & sine nummi.

Magnus seu immodicus extrinsecæ taxationis excessus supra iustum valorem intrinsecum monerarum, tanquam stabiliter duraturus constitui aut introduci non potest, V. C. ante annos 40. cuius fuit

Ee

thale-

thalerus 17. paz. non potuisset anno sequente constitui, ut valeret pazios 22. cum dimidio, nisi ad tempus aliquod, propter necessitatem, alioquin fuisset iniusta lex seu taxatio nummi. Sed mutatio valorum pecuniarum temporis successu paulatim introducitur, ferè propter intrinsecam monetarum praesertim minutorum aliquam depravationem.

NB. Si à 200. annis sine populi contradictione paulatim introductum fuit, ut 4. thaleri, qui tunc valebant 4. iam valeant 5. talis mutatio debet considerari tolerabilis, quae nihil obstaret debitori, qui minus secundum praesentem pecuniarum taxationem, antiquum debitum solueret, idque propter observationem tam diuturnam, sine populi contradictione stabilitam.

25 Si valde enormis, praesertim ut non duratura, monetarum intrinseca depravatio fiat, & quod consequens est, bonarum monetarum valor enormiter augeatur, extra controversiam est apud doctores, in antiquis debitis spectandum esse intrinsecum valorem monetarum, quem habuerunt tempore contractus, ideoque veteres, non novos adulteratos nummos soluendos esse.

NB. Falsum est, quod aliqui Theologi & Juris dicunt, quod omnis vis ac potestas pecuniarum intrinseca & impositiva taxatione consistat, vel aut parum referat, qualis materia subiecta sit. Dantur ergo nummi aenei, ferrei, imò coreacei, & auro presso illis caractere valoris eodem cum argenteo & aureis. Eo enim tandem devenire oportebit, ut hoc absurdum fateantur.

26 Si impositivus valor monetarum enormiter et

cedens valorem & bonitatem intrinsecam, diminu-
atur, & ad normam veritatis redigatur, consequen-
ter etiam bonorum monetarum extrinsecus valor
comparatione deprauatorum decrescat, extra con-
trouersiam est, apud Doctores solutionem debito-
rum faciendam esse secundum valorem intrinse-
cum, quem habuerunt tempore contractus, ideoque
viriatos florenos, V. C. quales dati sunt: non autem
nouos intrinsecè multum meliores soluendos esse.

Hæc assertio eadem omnino ratione nititur, qua an-
tecedens: quia contrariorum eadem est ratio con-
traria, vide exempla in Authore.

Si nihil specialiter expressum fuit, contractus 27
quilibet censetur institutus secundum naturales
conditiones eius. Hæc autem est natura contractus
mutui, vt tantundem secundum genus & qualitatem
restituatur, quantum datum fuit. Cum ergo V. C. da-
tisint decem floreni cuprei, verba illa in contractu
apposita, vt decem floreni restituantur, intelligi de-
bent de monetis cupreis. Si aliud in mente habuit
creditor, cur non expressit, aut in pactum deduxit.
Nam non est concedendum, quod tacita seu virtua-
lis conditio fuerit sub intellecta, eò quod istæ, condi-
tiones, quæ natura insunt, expressione non indigent.
Natura autem mutui postulat, vt tantundem eius-
dem generis ac qualitatis reddatur, pro auena non
tritico, sed auena: sic etiam pro cupreo floreno non
prob. & argenteus, sed cupreus. Etsi enim hæc duæ mo-
netæ nomine impositio conueniât, re ipsa tamè ma-
xime differunt, pl^o quã auena pessima à tritico optimo.

Etsi contrahens existimet, plus se obligari, quam 28
secundum contractus naturam obligatur: quia in-
terna, persuasio falsa, naturæ contractus repu-
guans,

Ec 2

guans,

gnans, non sufficit ad obligationem, sed opus est, vt in pactum externum deducatur. Si tamen plus exterius non permittat, error ipsi suus obesse non debet.

NB. Valor pecuniæ desumi quidem potest, utilitate ad mercandum, sed eâ, quæ suapte natura est, & non, quæ per accidens ad tempus incidit. Pecunia autem secundum propriam institutionem, in apud omnes gentes comparata est, vt quanto plus bonitatis intrinsecæ habere censeatur, tanto magis idonea sit ad mercandum & necessaria comparanda. Et si propter extrinsecas circumstantias, adque per accidens contingat interdum, minore pecunia plus comparari, quam alio tempore maior comparari possit; non tamen propterea minore pecunia censeatur æquivalere maiori. V.C. Peltis tempore, pluribus hominibus de mortuis, vno thalero tantundem aliquis emere potest, quam aliàs quatuor aut quinque thaleris, non ideo tamen, qui eo tempore thalero. um alteri mutuauit, postea 4 vel 5. exquirere potest.

29 Creditor curiosus esse non debet, in quam rem debitoris pecunia ipsi credita verratur.

Nam postquam pecunia mutuo data, nihil in eam habet creditor, sed in mutuatarij dominio transit, ipsiusque dispositioni & industriæ committitur.

NB. Non ideo pecunia vel merx plus aestimanda debet, quod illa mutuatario, hæc emptori ob eius industriam utilis futura sit.

30 Lucrum cessans, vel damnum emergens mutuatatori re sarciendum non est, nisi in pactum expresse vel tacite deducatur. Est communis doctrina,

na, quam explicabo tract. 4. infra cap. 16. numero 10.

NB. Si creditor iure agere velit propter mutuandi officium, plus illi non deberi, quam mutuauit: *Contrarium enim est officio merces*, aut quæuis actio retributionis, tanquam ex iustitiæ lege debeatur, iuxta l. ff. mandati. Sin verò de gratitudine & æquitatis ratione agatur, possunt ad amicabilem compositionem deduci, idque ob pacis & concordia bonum, restituendo V. C. pro vno thalero 6. aut 7. sed pro vno duos, consideratis rerum circumstantijs.

NB. NB. Iudices inferiores secundum leges, non 3 1 secundum æquum & bonum, sicuti ipsis videtur, iudicare debent; cum inter ius & æquitatem interposita interpretatio soli Principi reseruata sit. Ratio assertionis, quia Iudex in iudicando non potest excedere limites suæ potestatis, secundum leges, utpote normam & regulam, secundum quam iudex iudicare debet. Alioquin iacebunt leges tanta sapientia & auctoritate constitutæ, tanta temporum diuturnitate & usu comprobatæ. Et ipsi etiam Iuristæ, quæ ætatem optimam in legum Cæsarearum studio magnis expensis insumserunt, huius sui laboris & scientiæ iustam retributionem non consequentur, si inspectis extrinsecis causarum circumstantijs, ex æquo & bono, sicut iudici videatur, liceat iudicare. Id enim quiuis alius, in legum studio non exercitatus, modo ingenij acumine, & naturali prudentiâ polleat, æquè præstare poterit.

1 **D**amnicatio alia est lucrosa, V. C. furtum, rapina, alia non lucrosa.

Damnicatio non lucrosa aliquando inferuntur que vlla culpe, vtpote à non capace culpe V. C. Sifans vel amens domum incendat, nauem submerge vel quia iusta causa adest damni inferendi, puta publicam vindictam. Item si domus vicini destruitur ea parte, qua nondum igne correpta, quando necessarium iudicatur, ad arcendum ignem, ne iam diffusus, maius damnum inferat. In talibus casibus nulla culpa damni refarciendi contrahitur. Nisi quod Bartholus & alij secundum æquitatem responderunt, si domus vicina destruat, ne ignis maius damnum vicinis inferat, ab omnibus communiter standum, quorum causa accidit, quia ita etiam mercium iactura statutum est.

2 Qui, nullo pacto præcedente, damnum dedit absque culpa theologica, in conscientie foro, ad illam restitutionem obligatur, secus est in foro externo, vbi actio datur ex L. Aquilia. Ex qua de damno dato ad integram eius restitutionem compelli potest. V. C. si ex ædibus aliquid eieceris, inconsultus deris, si canem alligare, candelam extinguentium claudere oblitus sis, atq; exinde damnum contigerit: item si vel mancipium vel bestia damnum dederit absq; domini culpa, vt nihilominus damnum ab ipso compensandum sit, vel mancipium aut animal noxæ dandum, vnde & actio noxalis dicitur. In enim obligatio aliqua ex legum civilium constitutione, aut ex pacto antecedente tacito vel expre-

Non primum; quia leges illæ ad ciues cautiores reddendos institutæ, in eiusmodi damnis respiciunt ad omissionem cautionis, ac proinde quasi pœnales sunt, quibus hoc commune, ut ante iudicis sententiam non obligent, idq; in nostro casu patet, quia post mortem eorum, à quibus, vel in quorum domo damnum datum est, actio aduersus hæredes non tribuitur, nisi lis ante contestata fuerat, iuxta l. inde Neratius. §. hanc actionem. ff. ad l. Aquiliam.

Quod verò ad alterum attinet, suppono hic nullum pactum interuenisse: si enim interuenit, negari non potest damnificantem obligari ex culpa merè ciuili, ad quam præstandam, iuxta cuiusque contractus naturam, se tacitè ac sponte obligauit, V. C. Commodarius ad leuissimam etiam culpam; Conductor ad leuem, precariò accipiens non nisi ad latam culpam siue dolum. Non enim audiendi sunt Sotus Toletanus; qui aiunt, Contrahentem non obligari ad restituendum damnum sua culpa datum, nisi ea mortalis sit. Qua ratione omne commodandi officium intercludimus, si quidem nemo facile reperiretur, qui V. C. commodare velit, si commodarius in conscientia obligatus non sit compensare damnum, quod per eius negligentiam secluso peccato, eoque mortali illatum fuerit. Quin imo si pactum, siue expresse, siue tacitè, secundum legem aut consuetudinem loci interueniat, ut V. C. nauta, vel caupo teneatur de damno, vel iactura rerum, sine vlla sua culpa accidente per seruos suos; tunc in conscientia foro, etiam ante Iudicis sententiam obligatio orietur.

Quod si verò damnum per culpam theologiam, adeoq; formaliter iniustum datum sit, omni iure

compenſandum erit , quare hæc obligatio etiam ad hæredes tranſmittitur ante conteſtationem litis, ſecundum ius canonicum & naturale. Interuenit autem culpa theologica & proprie dicta iniuria, ſive ex directo propoſito abſque iuſta cauſa damnum inferas, vel perſpecto inferendi periculo, actione tunc abſtineas, cum poſſes ac deberes abſtinere.

4 Qui damnum alteri inculit per culpam venialem, qui animo præcipitavit , iſ ſecluſo pacto damnum reſarcire debet non integrum, ſed ſecundum proportionem culpæ.

Prior pars prob. quia altera radix, vnde reſtituendi obligatio oritur, eſt iniuſta acceptio vel læſio. Quod autem per venialem iniuriam refert damnum, iſ iuſtè lædit: Ergo reſarcire debet , & quidem vt æquator ſub mortali, ſi materia reſtituendi notabilis ſit.

Conſtat enim mortaliter peccare eum, qui notabilem quantitatem ex iuſticia reſtituere obligatam ſine iuſta cauſa intermittit. Poſterior pars prob. Cum enim iniuſta damni illatio cauſa reſtituendi exiſtat, conſequens videtur, ſecundum quantitatem iniuriæ, tanquam cauſæ , oportere eſſe reſtitutionis effectum.

Interim fateor Leſſij & aliorum ſententiam eſſe tutam & probabilem , damnificantem iniuriam tantum veniali, ob actus imperfectionem , ſecluſo pacto, ad nullam reſtitutionem teneri, propterea quod damna ex leui eiſmodi inconfideratione ; quæ

cile interuenit, prouenientia , caſui potius, quam culpæ adſcribi ſoleant.

PARS

PARS ALTERA.

De obligationibus contractis ex iniusta læsione fame, & honoris.

CAP. I.

Quid sit fama? honor? laus? gloria?

Fama est bona existimatio de aliorum excellentia. 1

Amor est testificatio (exterioribus signis) alienæ excellentiæ animo conceptæ. 2

Laus differt ab honore, quod laus solum consistit in verbis.

Gloria est effectus honoris. Nam exinde, quod de alterius bonitate & excellentia testificamur, clarescit eius excellentia in notitia plurimorum.

CAP. II.

De temerario Iudicio, suspitione ac dubitatione.

Iudicium, suspicio & dubitatio differunt. Iudicium enim est firma animi sententia, siue assensus. Suspicio est assensus debilis, iunctus cum formidine oppositi. Dubitatio non est assensus, sed veluti suspensio animi.

Suspicio alia est levis, quæ valde debilem assensum, multum tamen dubitationis habet. Suspicio alia gravis, quæ plus assensus & parum dubitationis habet, sæpe appellatur præsumptio vehemens. Alia dicitur certa suspicio & violenta, excludens omnem dubitationem, ideoque pertingit ad integram crudelitatem ex coniecturis seu iudiciis haustam.

Ecce 5 ~~sub~~ Dubita.

2 Dubitatio, suspicio, iudicium, aliud est prudens (quod nititur sufficientibus indicis seu coniecturis ad generandam alicui dubitationem de alterius probitate; suspensionem vel iudicium de improbitate); aliud verò est temerarium & imprudens, quod sufficientibus indicis non innititur.

NB. Quod maiora indicia requirantur ad ferendam contra aliquem sententiam in externo publico iudicio, quam interno cuiusq; hominis: atq; in foro externo maiora inditia siue probationes exigantur ad criminis condemnationem, quàm civilis causæ definitionem. Vnde licet Salomon ex præsumptione violenta (quod n. parentes filios amore prosequuntur veluti naturæ præsumptio est) filiolum vni mulierum adiudicavit, alteram tamen tanquam nocentem non legitur punivisse.

3 Licet iudicium vel suspicio temeraria, sicut de heresis, blasphemia, &c. sint peccata subiective intellectui, consensus tamen voluntatis necessarius requiritur, vt formalem rationem peccati habeant.

4 Suspiciari vel iudicare de proximo, vbi sufficientia indicia se præbent, nec charitati, nec iustitiæ repugnat. Ratio, quia proximus ius suæ existimationis a comparatione eius, cui crimine sufficientibus indicis cognitum est, sed cum sæpe decipiamur expedit nimium extra necessitatis ac utilitatis rationes committimus & incertis rumoribus in proximi infamitatem nullam fidem habeamus. Quod si necessitas postulat, v. c. in prælatis, parentibus, quorum est committere errores suorum, expendere possunt, quantum indicia alicuius mali probationes habeant, vt si opus sit remedium adhibere possint, tamè cautio adhibenda ne nimia suspicione animos suorum alienent, & inquietos reddant.

Temere iudicare proximum, est peccatum cōtra iustitiam, suo pte genere mortale, patet Marci 7. *No- lite iudicare*; item Iacobi 4. *Qui iudicat fratrem suum, detrahit legi*. Ratio, Quisq; ius habet ad bonam existimationem sui, donec de eo crimen cognoscatur, iuxta illud: *Quisq; præsūmēdus est bonus, donec demonstretur malus*. Ergo iniuriam infert, qui illum in corde suo temere iudicat & damnat.

NB. Ut sit mortale, requiritur res grauis, id est, talis, vt spectatis circumstantiis personæ, is de quo sinistrè iudicatur, si sciret tale de se iudicium temerè conceptum esse, meritò grauem iniuriam & læsionē suæ existimationis censeret. Item requiritur perfectio actus, alias veniale.

Temere de proximo suspicari vel de eius probitate dubitare, est ex genere veniale. Ratio, quia per suspicionem fama parum læditur: nam fama non est leuis & subitanea bona existimatio, sed est permanens de altero. Sinistra autem suspicio ad eò imperfecta est, vt parum imminuat ante conceptam de proximo bonam opinionem, multò minus in animo reponat contrariam malam famam, quippe statim suspicans, se corrigens, si opus sit.

Quod si suspicio sit de re grauissima, prodicione, incestu, & de persona honesta, vix accidit sine odio, id eò mortale fieri potest.

NB. Si dubites de proximi bonitate, licet per se veniale, tamen si talem dubitationem exterius significes, v. c. ob id in mores eius inquiras, potes peccare mortaliter; tamen non prohibetur, si dubites v. c. de quodam, vt custodias tua diligenter, sit a prohibeas, ne cum tali adolescente loquatur, quod accidere possit, vt ab eo seducatur.

Dubia

7 Dubia in meliorem partem interpretanda sunt, negatiuè, quamdiu scilicet dubia res est, quod etiam in externo foro vsuuenit; nam si reus de crimine conuictus non sit, absoluitur, non affirmando crimen non admisisse, sed de eo demonstrata non fuisse, iuxta illud: *Quamdiu aliquis non demonstratur nocens, censendus est innocens.* Et regula 11. in 6. *Cum sunt partium iura obscura, Reo fauendum est potius, quam Actori.* Ratio assertionis est; Satius est in dubio frequenter falli benè opinando de proximo, quàm malè opinando vel semel decipi. Nam ille speculatiui intellectus error, cum circa secularia versetur, exiguum malum versetur: hic autem error practicus est, cum voluntaria malitia & proximi iniuria coniunctus, idq; propter ea quod in dubio nemo condemnandus, aut possessione famæ spoliandus sit.

8 Qui semel malus, semper præsumitur esse malus. Intellige in eodem genere delicti, & quamdiu ex iudiciis emendatio colligi non potest Ratio, qui enim semel voluntatem d. liberate inclinauit in malum peccati, in eodem veluti captus est, donec animus mutet & corrigat. Quod verò animus mutauit hoc non præsumitur, sed probari debet vel indicium ostendi, sicuti si quis semel deprehendatur esse pauper, non præsumitur esse diues, donec id probetur iudiciis demonstrat.

Hæc regula vera est, quatenus agitur de cautela alieno incommodo; Sic qui fraudulentè tutelam administravit, etsi satisfacere velit à tutela tanquam suspectus remouendus est.

NB. Et marito semel scæuienti non est restituenda vxor, ob scæuitiam digressa, nisi securitas ei prouideri possit, c. literas. Et semel periurus etiam emendatus non

non debet admitti ad testimonium ferendum cit. c. testimonium. Quod si sciamus aliquem semel mentitum fornicatum esse, de eius probitate merito dubitamus, donec emendationis signa prodat. Nam emendatio est quid facti, factum autem in dubio non præsumitur.

CAP. III.

De detractiōe.

Detractio est alienæ famæ iniusta diminutio, vel fit directè vel indirectè. Directè quadriupliciter 1. imponendo alicui crimèn falsum. 2. Exaggerare crimen verum vel falsum. 3. Manifestare crimen occultum. 4. Opus rectum sinistrè interpretari.

Indirectè tripliciter. 1. Alterius dotes inficiari. 2. Eisdem eleuare siue extenuare. 3. Malitiosè recitare: vt, si aliis hominem laudantibus subiicias. *Ego taceo*; aut frontem contrahas, adde frigidam & simulatam laudationem.

Detractio est ex genere mortale grauius furto, minus homicidio. Tantò enim peccatum grauius est, quanto maiore bono iniustè priuat: Atqui, vt Salomon ait, Prov. 22. Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ muliæ. Accedit, quod sæpe per detractiōem non solum fama proximi lædatur, sed etiam amicitia & pax inter homines violatur: quod sursoris peccatum dicitur, Eccles. 28. Quod si quis per detractiōem causa sit damni in corpore, aut bonis fortunæ, cum plures sint species, in Confessione explicari debent.

Detractio sæpe est peccatum tantum veniale, vel ob materiæ leuitatem, vel ob imperfectionem actus ex linguæ præcipitatione, nisi enim hoc dicamus, totum

rum genus humanum periclitabitur. De Religio-
fo dicere, quod sit assuetus mendaciis est mortale,
Veniale si v. c. de milite aut homine plebeio, dicas
quod fuerit ebrius. Veniale si dicas alium esse super-
bum, auarum, iracundum, &c. quia audientes in-
pretari solent de naturali propensione ad eiusmodi
vitia. Excipe nisi circumstantiae accedant, vt exilia-
matio hominis grauius laedatur.

4 Detractio alia est formalis, quae fit cum proposito
nocendi, alia materialis, quae ex animi leuitate fit sine
directo nocendi proposito. Vtraque est ex gene-
re mortalis contra iustitiam commutatiuam, quan-
doquidem ad damnum iniuste inferendum sufficit
voluntarium indirectum ac imputatiuum: tamen
detractio materialis ob imperfectionem actus fre-
quenter est venialis. Hinc in confessionibus quere-
ndum, an cui detraxit, habuit odium aut voluntatem
nocendi.

NB. Praeterea alia detractio est, per quam crimen
falsum alicui affingitur, alia per quam crimen verum
occultum de aliquo proditur. Illa ex genere (quippe
mendacium perniciosum) grauiorem iniuriam con-
tinet. Nam qui pernicioso mendacio famam alicui
detrahit, non solum possessione, sed quasi dominii
famae spoliatur; qui autem crimen verum occultum
prodit, proprie tantum priuat hominem in
possessione, non etiam dominii; quandoque
dem fama per se & secundum veritatem crimine-
so debita non est, sed per accidens, id est, ob publi-
cam ignorantiam. Nam sicut probabilis tua ignorantia
saepe efficit, vt alienum equum, v. c. iuste possideas,
iniuriamque inferat, qui eum tibi eripiat, antequam
liquido constet tuum non esse: ita publica igno-
rantia

tantia tui criminis efficit, vt iuste apud eos possideas bonam existimationem, siue famam; iniuriamque inferat, qui eam tibi eripit, antequam publicè innotescat, tibi reipsa debitam non esse, solum ob ignorantiam.

Crimen alterius occultum manifestare non semper est illicitum, sed quibusdam casibus concessum, & præceptum. 1. Vt consilium vel auxilium capias à viro prudente, sed operam dare debes pro posse, vt id fiat cum minimo damno peccatoris, & persona non nominanda nisi sit necesse. 2. Si opus sit ad impediendum maius damnum communitatis, priuatæ personæ, ipsiusue criminosis. v. c. Si homo ineptus ad parochiam, promouendus cum damno animarum: Si medicus imperitus ad curationem corporis accersendus: si persona in matrimonium accipienda, vnde mali exitus timendi, prius tamen mouendi sunt nocentes, si spes sit illos obtemperaturos.

NB Si quis dotem virgini reliquit dandam, quæ publicè virgo censetur, tu autem illam corruptam nosti, non licet tibi occultam eius fornicationem prodere. Ratio, quia virgo illa putatitia nullam iniuriam infert dotem petendo: Cum enim publicè virgo habeatur, in externa politia omnibus virginum priuilegiis gaudet iuxta morem patrium scriptum gestare possit, similiter itaque & dotem petere potest, neque alia mens fuit testatoris, cum inquirere in occulta crimina valde perniciosum sit Reipubl. Ficti tamen simulatio pauperis accipientis elemosynam pauperibus decretam detegi potest, quia simulatio illius, cum verè pauper non sit, vt pono iniusta & perniciofa est: quod si pauper occultus, criminosis, si iis eleem: decreta, qui nulla infamia

infamia laborant, non sint prodenda occulta eorum crimina.

NB. Quotiescunque ius habes aliquem accusandi de crimine occulto, quod probari potest, tumcluso odio, fas est accusationem inferre coram iudice competente, eo fine, ut V. C. repellatur ad ultimatedote, eaque alteri obueniat, ita potes repellere aliquem à ferendo testimonio, vel cōpetitor em ruit à beneficio, & ut eo excluso, tibi obueniat, vteris enim hac in re tua.

6 Crimen alterius graue etiam vni homini prudenter sine iusta causa manifestare mortale est, quia plerique etiam hanc iacturam magni aestimant, tamen sepe culpa minuitur, si quis solatii causa acceptam aliquo iniuriam amico manifestat, quod eam silentio decoquere, atque cum nemine communitur valde difficile videatur.

7 Si ita narretur crimen ex relatione aliorum, vnde dubile sit audientes non credituros, non est peccatum mortale; quod si ita narretur, ut aliis crederetur leuitate animi, malam suspicionem acceptum, peccat contra charitatem, sed non contra iustitiam. Prius prob. quia duplicis mali occasionem praebet, tum quod audientes temerè iudicando, scandalum patiuntur, tum quod alter famæ suæ iacturam quae eosdem incurrit. Probatum posterius, Cum enim audientes non ex pondere narrationis, sed ex leuitate animi fidem adhibeant, Eccl. 29. narranti tanquam causæ ad se tibi non potest, ut nec ad restitutionem famæ obligatur. Quod si ita narret, ut narratio leuiter pondere fidem apud audientes merentur, vel sinistra suspicionem generet, peccat cōtra iustitiam & tenetur ad restitutionem.

Crime

Crimen in loco ut notorium notitia facti (quale est, quod se ita plurium hominum conspectui exhibet, ut nulla tergite: fatione celari possit) aliis ignorantibus manifestare non est illicitum. Nam ex minoribus censetur tunc spoliatus iure ac possessione famæ suæ, quando crimen adeo manifestum est, ut moraliter impossibile sit, quin in aliorum cohabitantium notitiam deveniat, eadem est ratio, si crimen notorium sit non suspitione; v. c. Si dicas Sacerdotiale mulierem suspectam, quod multis in vicinia notum est.

NB. Crimen notorium vel famosum existimatur, si in domo sint 8. sufficit, si 4. sciant. Si 20. sufficit, si 8. In oppido, quod 40. domos, suffi. iunt 10. domus. Si civitas 500. suffi. iunt 30. per civitatem dispersi, alias non si in vna solum & alia sciatur, non ad aliam oportet divulgare; nisi existimeur criminis infamia etiam ad alia loca divulganda.

NB. Crimen falsum ex relatione aliorum ignoras aliis narrare aliquando excusat a mortali, alias contra iustitiam, mortale: quia innocentem infamare iniustum est, quod etiam facit, qui ex relatione aliorum adiuvat infamantem.

NB. Præterea infamato per vitæ emendationem famam recuperandi iniuria infertur, si de præterito crimine denuo infametur, ut pote iam obliuione obuito. Ratio est, quia sicut malis moribus infamia facti contrahitur, & fama bona amittitur, ita contrariis bonis moribus infamia facti aboletur, & fama bona recuperatur.

Crimen in iudicio notorium, per Rei confessionem, vel testium depositionem, (quod notorium iuris dicitur)

FF

dicitur)

dicitur) non potest sine iniuria divulgari. Ratio quia tunc solum in ordine ad Iudicem, ut Reum condemnare possit, & nondum in ordine ad populum, publicum crimen censetur. Quod si verummen paulo post publicandum, tunc gravis iniuria non erit, anteuertere, imò nulla si ob iustam causam, sicut Christus Dominus Iudæ. Ioan. 13.

- 10 Crimen per Iudicis publicam condemnationem notorium, etiam in locis sine iniuria euulgatur. Ratio; quia sicut Magistratus in criminis vindicta Reum corporis & fortunarum bonis, ita & factus spoliandi ius habet, idque re ipsa efficere debet quando eum publica sententia coram populo crimine condemnat.

Quòd si crimen ea conditione publicetur, ut eius notitia inter certos limites, v. c. Mortalia maneat, iniuriatur ille, de quo crimen manifestatur.

- 11 Infamem de vno crimine non licet infamari aliis diuersi generis occultis, etiam, si minora sunt, v. c. de publico fure, occultum adulterium.

- 12 Laudatæ Communitati, v. c. Regularium Ordini detrudere, graue crimen est.

- 13 Licet detractio erga defunctum, minus est, quam erga viuum, potest tamen & illud esse mortale. Ratio, quia mortuus viuit in hominum memoria, ac possessionem bonæ famæ & gloriæ habet, qua si illum per iniuriam spoliatur, damnū infertur obligatione restituendi.

- 14 Auditor detractoris peccat, si detractio ei consentiat; ad detractioem expresse vel tacite impeditur detractioem, cum facile possit, non impedit. Ratio patet ex Apost. Rom. postremum (contra charitatem) Prov. 15. Ps. 100.

Elicere crimen occultum cogitando ex curiositate, & exiguum inde detrimentum causare criminoso, veniale est.

Seipsum sine causa infamare, non est peccatū contra iustitiam, sed solum prodigalitaris ex genere veniale. Ratio, quia homo est dominus fame suæ, quippe quā propriis virtutibus comparavit, ut proinde nemini iniuriam inferat, si eam prodigat. Per accidens tamen potest esse mortale, si iactes te de crimine mortali, in eo delectando iuxta Ps. 51. 2. Si crimen tuum manifestando propriam vitam in discrimen absque causa coniicias. 3. Si criminis infamia cum aliorum damno & scandalo iuncta sit.

Episcopus vel similis persona publica, iniuste infamata, tenetur se defendendo infamiam repellere, propter communitatis bonum.

CAP. IV.

De Denuntiatione fraterna.

Duplex est denunciatio, i. Iudicialis, quæ fit apud superiorem tanquam Iudicem, (hæc vel criminalis, quæ publicam vindictam communis boni gratia, peccat, vel civilis quæ priuatum interesse seu satisfactionem intendit.) Altera Evangelica seu charitativa, quæ ipsius spectat peccatoris emendationem, ut principalem finem, cuius species sunt denunciatio Canonica (quæ secundum canonū statuta fit ad impediendum damnum spirituale, v.c. Si Clericus denunciatur Clerico, ut deponatur ab officio, quia est perniciosus plebi) Regularis denunciatio fit in Religione secundum cuiusque Ordinis statuta.

Crimen fratris occultum interdum denunciatur prælato, quatenus est persona publica, (quamvis

Ff 2 non

non iudicialiter) interdum quatenus est persona singularis, ad paternè corripiendum idonea. Nam cuius est ordinare homines ad finem, eiusdem etiam cognoscere de medijs, quibus peruenitur ad finem. Quare cum Prælati debeant Christianos ordinare ad finem salutis aeternæ, ad eosdem etiam perueniendum præcipere ea, quibus ut medijs hunc finem adsequi debent; tum veiò prohibere ac tollere ea, quibus licet mortalia peccata (per monitionem secretam vel si ea non iuuet, publica confusione, sine ministerii participatione veluti putridi membri) quibus à disciplina ne excluduntur.

NB. Quædam crimina sunt notoria, quædam occultata, quædam noxia communitati, V.C. hæresis, proditio, crimen læsæ Maiestatis, falsa iuramentum, quædam particularia noxia seu ipsis peccantibus, sodomia, siue innocenti, ut furtum, adulterium.

NB. Ordinem corrigendi fratrem, vid. Matth.

3 Crimina notoria statim ad prælatum deferri sunt, nulla alia monitione præcedente, sumitur ex Tim. 2. Peccantem coram omnibus argue, ut aliter timorem habeant; ubi Apostolus loquitur de publicis peccatis; Christus vero de occultis.

NB. Crimina quæ Reipublicæ perniciose sunt, nec adhuc occulta, si indicijs ostendi possunt, prælati fides habeatur, prælato statim denunciari debent. Ratio, quia maius est bonum publicum, quod tunc in periculo versatur, quam si per bonum famæ peccatoris occultum. Erga famam peccatoris negligi debet, ut bono publico succurratur. Excepit certa spes sit peccatum tale occultum monitione impediri; quia alias peccator sine causa necessitatis famaretur, contra charitatis legem. Secundo si in

liquo casu sufficere videatur, vt crimen occultum Reipubl. perniciosum generaliter denunciatur, tunc non est experimenda, iuxta Reg. Quod seruanda est fama proximi, quotiescunq; maior necessitas non urget eam lacerandi.

Crimina perniciosa non merè præterita, licet occulta sint, plerunq; statim prælato denunciari possunt, vt caueat, impediatur, v. c. furtum, homicidium, sollicitatio ad turpia. Ratio, quia naturali iure quisq; obligatus est ad defendendum innocentem ab iniuria hominis nocentis, etiam posthabito aliquo damno innocentis, nisi maior famæ vel vitæ iactura criminoso timeatur, quam sit damnum (v. c. exiguum furtum) proximo ex crimine alterius eueniens.

NB. Cum moderamine inculpatæ tutelæ, si alio modo non possit testium testimonium infirmare, potes etiam occultum crimē, v. c. periurii, &c. significare. Idem dicendum de aliis criminibus occultis proximi, cessuris in tuum proprium detrimentum, quod alio modo tollere non potes, quam denunciando.

Si crimen occultum, quod nec tibi nec alteri perniciosum, sed peccantibus tantum, v. c. blasphemia, Sodomia, tantum noxium est, per se solus emendare potes, tunc peccas contra ordinem à Christo traditum, si prælato statim denuncies. Et prælatus non potest iuste hoc præcipere, sumitur ex verbis Christi Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, &c. quia tunc sine necessitate fama fratris læderetur. Si tamen timeatur recidua in Religionibus, licet statim prælato denunciare tanquam patri, quia aptior est ad efficaciter emendandum, & grauiora peccata Religionum propter assiduam familiaritatem habentur,

Ff 3 per-

6 perniciosum, idcirco hoc titulo possint potius denunciari.

Qui crimen occultum pro se emendare non potest, plerumque praelato, tanquam patri ad secreta emendationem denunciare potius debet, quam aliis ignorantibus. Quia ille praesumitur magis idoneus ad emendandum quam alius. Nec obstantiam peccatoris non nihil minuendam apud praelatum, eò quod spirituale commodum inde promouendum sit maius.

7 Crimen occultum non perniciosum, Praelato quam publicae personae ad eunlgationem denunciari non potest, nisi secreta monitio, imo & testificatio antecesserit, modo tamen profutura praesumitur ex verbis Christi Matth. 18.

8 Si denunciatio ob aliquam causam illicita sit, pote contra charitatem vel ordinem à Christo datum non debet fieri, etiamsi praelatus iubeat. Praelatus non censetur aliter praecipere criminis denunciationem, nisi obseruato ordine à Christo praescripto. Et si emendatus est peccator, cessat finis praeccepti, ideoque parcere oportet famularibus.

9 Impedimentum occultum matrimonii publicae promulgationem denunciari debet; et denunciatus qui probe cognitum habet, illud publicare non possit; aperitur enim via praelati ad impedimentum verius indagare, & matrimonium cum Sacramento irreuerentia, & non sine sceleris trahendus, adhibitis admonitionibus ac terroribus impedire possit.

10 Interrogatus de occulto impedimento, aut multa irregularitate, debet abstinere à Sacramento matrimonii.

matrimonii, ordinis, vel defectum manifestare; cum in tali inquisitione non agatur ad criminis vindictam, sed ad impediendum peccatum, seruandum honorem Sacrament. Vnde sequitur, quod Prælati V.C. etiam parochus (modo non in sacra Confess. cognoscat) inquirere debeat de impedimento occulto, cuius aliqua probabilis suspicio, licet non publica infamia sit.

In delictis puerorum, domesticorum, non ita II
plerumque obseruandus est ordo correptionis, sed fermè statim ad præceptorem vel patremfamilias deferre possunt, vt salubriter corripiant. Ratio, quia nulla inde sequitur infamia, & talis denunciandi consuetudo ordinata est ad bonum denunciatorum; qui paterna correptione indigent, vt à maioribus vitiis abstrahantur, & alii studiosi aut filii facilius à criminibus contineantur. Et potest paterfamilias, materfamilias (vtpote suo etiam modo ius habens puniendi) delicta domesticorum etiam grauius occulta, quorum punitio ad ipsos spectat, manifestare.

NB. Nec filii nec studiosi peccant denunciando statim occulta scelera, eò quod nullum inde sequatur dispendium famæ, ideoq; nec paterfamilias nec magistri, tenentur seruare iuris processum, Iudiciforensi præscriptum.

Paterfamilias, Magistri, Prælati, Iudices con- 12
stituere possunt, qui subditorum errata obseruent, & ad illos deferant, tamen cauere debent, ne plus credant, quàm oportet, non facile repræhendant personam (grauiem & honestam) nisi prius patienter audiant. Nec iubeant obseruare

Ff 4 certam

certam personam, quæ alioquin suspecta non est, ne hominis famam absque necessitate lædant, item ne observatorem suam personæ agnoscant. Denunciator etiam ex charitate procedat, certa non incerta referendo.

- 13 Si quis crimen occultum fratris in externo in punibile, quod probare potest, iudiciali denunciatione prodit (nam charitativa sit superiori ut patet hæc autem coram prælato tanquam iudice & capite Ecclesiæ) antequam secreto monuit, is nihil contra iustitiam peccat. Ratio, quia homines externis rebus peccando contra leges, offendunt & republicæ partes sunt, consequenter merentur puniri à magistratu, utpote custode legum, & Iudice malefactorum. Et bonum multitudinis (exemplum) præbet debet bono unius. Nemo tamen tenetur denunciare, nisi crimen sit perniciosum Reipubl.

NB. Iudicialis denunciatio potest etiam esse crimine merè præterito, Evangelica autem seu charitativa, non nisi etiam timeatur crimen, impletur committendum. Peccat tamen contra charitatem qui iudicialiter denunciat occultum crimen probabile, quando speratur per occultam monitionem commendatio Ratio, quia ex eiusmodi criminis, vel alterius occulti publicatione ac punitione non tantum commodi accipit communitas, sed interea magis offenditur, & fama personæ v.c. Clerici quæ uiter læditur.

Coroll. Si coniunx adulterium occultè commisit, quod tamen probari possit, permittitur alteri coniugii innocenti accusare ciuilitè ad instigendum ad uortium: quia hoc ius suum per secretam monitionem vel separationem non ita obtinere potest, sicut

per iudicis sententiam, domestici autem in tali procedere non possunt, sed seruare debent ordinem à Christo præscriptum.

Denunciations de crimine occulto, non præmissa monitione secreta, olim in Ecclesiastico foro repellabantur, hodieque repellere possunt, si sint contra personas graues in dignitate constitutas, nisi publica in famia laborent, id enim postulat ordo à Christo præscriptus: aliàs iam refrigescente charitate & iniquitate abundante, Iudices seculares inquirere solent, V.C. in furta, adulteria, vtpote Reipublicæ valde perniciofa,

C A P. V.

De obligatione Secreti.

Qui secretum (rem alicui clanculum manifesta-
tam, quæ in plurimorum notitiam nondum
peruenit) expressa vel tacita conuentione sibi com-
missum reuelat, contra fidelitatem atque iustitiam
peccat ex genere mortaliter, non minus, quam si in
depositi contractu fidem violauit, patet ex prouerb.
11. *Qui ambulat fraudulenter, reuelat amici consilium*, ta-
cita conuentione secreti obligantur consiliarij, mo-
dici, obstetrix, lute consulti, amici, quibus solatij vel
auxilij causa secreta manifestantur, sine vlllo pacto;
manifestare sine necessitate est peccatum contra le-
gem naturalem, de non nocendo proximo, in ani-
ma, corpore, honore, fama, fortunæ bonis.

Secretum tibi commissum reuelare potes, si ne-
cesse sit auerendum damnum Reipublicæ, personæ
innocentis, vel tuum ipsius graue periculum? intel-
lige de crimine pernicioso, & non omnino transac-
tum: nam si transactum, non debes illud prodere

Ff 5

V.C.

V.C. Si Titius homicida lateat, & pro innocenti
 quaestionem adductus & occidendus sit, non o-
 portet, Caij liberandi gratia, prodere Titium,
 qui crimen occultum commiserat. Quandoquid-
 dem nec ipsemet Titius, tibi committens secre-
 tum, si cum aequali, prodere tenetur, ad impe-
 diendam mortem Caij, cuius causam non pro-
 buit, nisi per accidens; Si tamen Titius fugi-
 bi consulere possit, etiam non famae periculo ob-
 beret proditione suo facinore liberare Caium; Si
 ille id facere recuset, licebit tibi, eo de super-
 monito, reuelare secretum Caij liberandi gratia.
 Ratio Conclusionis supra est, ex ordine Charac-
 teris quisque obligatus est ad liberandum inno-
 centem ab iniuria nocentis, etiam cum damno al-
 quo nocentis, si innocens alia ratione defendi non
 possit, V.C. Si Titium a concepto proposito ho-
 minem innocentem occidendi, quod tibi secretum
 reuelauit abducere nequeas, potes & debes man-
 stare.

Quod si secretum cessurum in graue nocentis
 tum eius, qui tibi reuelauit, potes manifestare.
 C. Si quis occulto impedimento obstructus ma-
 trimonio reuocari non possit, nisi canonice de-
 nunciatur, licita erat denunciatio secreti ob-
 stantiam sacramenti, & ad peccatum con-
 ducendum.

NB. Si V.C. Titius homicidium a se perpetr-
 tum tibi reuelauerit, consilij capescendi gratia, pro-
 stea tu ipse absque Titij culpa in homicidij suscipi-
 nem venias & capite pericliteris, fas tibi erit Titium
 prodere, si alia ratione liberari non possis, quia necesse
 censetur promittendo secretum etiam ad talem o-

sum obligationem extendere voluisse, sed potius præsumitur quisque ex ordine charitatis propriam incolumitatem alienæ antepone.

NB. Sin autem ex reuelatione secreti periclitetur vita eius qui commisit, exinde autem quod secretum celatur, grauissime periclitetur, honor, fama &c. cui commissum est viri prudentis arbitrio æstimandum erit, utrum is, cui secretum (concreditum est, tantam obligationem reticendi in se suscipere voluerit, aut debuerit nec ne, V.C. Vtrum secretum committens nocens sit, an non, aut sponte commisit an rogatus, an in suum duntaxat commodum, an eius, cui commisit. Quare Doctores aduertunt, Ministros & Aduocatos, quibus ob Officium secreta committuntur, & ob eam rem salarium à Republic. vel partibus accipiunt, arctissima obligatione teneri seruare secretum.

Secreta Exercitus vel Reipublicæ sæpe cum vitæ³ periculo seruanda sunt. Ratio, quia salus Reipublicæ tanquam bonum maius atque diuinius anteponendum est propriæ vitæ.

Si expresse promisisti, secretum te seruaturum, etiam cum vitæ periculo, ad id obligaris. Ratio, quia cum talis promissio obiectum honestum habeat, non apparet ratio, cui seruanda non fit, fietque iniuria alteri, si non seruetur. Est probabilis sententia Molina. Qui autem sunt in sententia, quod non liceat vitam suam profundere pro altero priuato, asserunt id legi Charitatis repugnare. Quod si non agatur de magno incommodo committentis secretum, tunc non teneberis seruare secretum cum vitæ discrimine.⁴

Qui per vim aut fraudem secreti cognitionem⁵ assecutus est, proderi non potest, ad vitandum

qualecunque corporis sui periculum, si ex euulgatione æquale periculum imminet illi alteri. Ratio, quicunque iniuriam aliquam intulit, is tenetur iniuriam tollere, & non continuare. Ergo etiam, qui secreti cognitionem per iniuriam acquisiuit, V.C. literas fraudulenter aperiendo, is tenetur secretum suppressere; manifestando autem continuabit iniuriam, sicut qui rem alienam per iniuriam abstulit, non potest ea uti cum domini detrimento, alioquin continuabit iniuriam & grauius peccabit: nec refert discrimen sit æquale, quia in pari causa melior est conditio iniuste læsi, quam lædentis.

C A P. VI.

De Contumelia.

Contumelia est iniusta honoris imminutio facta. Nam Ebrius proprie non infert iniuriam, si calumniatur, tamen ex iniustitia communiua tenetur ad restitutionem, non aliter quam ebrius lædens aliquem in corpore. Distinguitur à detractio-
ne. 1. Obiecto, quia detractio fama læditur, contumeliã honor. 2. Modo; quia contumelia fit coram præsentem, detractio occulte, tum etiam coram absentem contumelia fit statim V.C. erigendo, ut Iureconsultus, l. item apud ff. de iniuriis. *Fama quoque in presentia denigrari nihil prohibet: ut si coram cui pluribus audientibus, occultum vitium obijcias.* Mortale Matth. 5. *Qui autem dixerit facite.* Veniale in imperfectionem voluntarij, & ratione obiecti in leuis. Nam contumelia, quæ erga patrem, dominum, virum prudentem mortale est, erga subditum, famulum vel puerum est veniale.

NB. Iniuria alia est atrox, alia leuis.

Contumelia tribus modis accidit; scripto, facto, 2
 verbo. Conuicium etiam vitium naturæ per con-
 temptum, V.C. spurium, ioci causa, veniale, nisi ira,
 obiectum) & nisi correctionis causa fiat. Luc. 24.
 Gal. 3.

NB. Conuicium inferenti non licet referre, nisi
 fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, dicendo il-
 lum mentiri.

Libello famoso grauis pœna decreta est iure, et 3
 iam qui inuenit & non lacerauit capitis, dummodo
 tale crimen, quod in libello obiectum erat, morte vel
 tali pœna dignum, iam autem arbitraria pœna im-
 ponitur. Quod si crimen sit publicum, quod Reip.
 punire interfit, & de quo publice accusare licet, non
 est mortale.

Contumelia facto fit, si pudicitia attentata, l. sed
 est quæstionis, item si verberatus, loco conclusus. Vi-
 de irrisionem Christo Domino factam. Matth. 26.

Irrisio parentum graue peccatum est, quod Deus 4
 grauius punit iuxta Prouerb. 30. Item irrisio homi-
 nis ob virtutis Exercitium, iuxta 1. Reg. 2.

Iniuriam interdum patimur directè & per nos 5
 ipsos, interdum verò indirectè in aliis personis ad nos
 pertinentibus, vxore, filijs, seruis, sponsa, Clerici re-
 spectu prælati iniuria ad Ecclesiam pertinet. Et qui
 alterius iuri subiectus est, iniuriarum agere non po-
 test, nisi ille absens sit, & nullum procuratorem con-
 stituit, tunc sufficit præsumpta licentia agendi. Quod
 si pater Religiosi sit occisus per iniuriam, neque ipsi,
 nec monasterio. ompetit actio aut ius accusandi, aut
 componendi, nam monasterio nulla iniuria illata, &
 Religiosus velui Mundo mortuus, non potest stare
 in iudicio. Quod si occiso sit facta ante professio-
 nem,

nem, tunc ius componendi transfertur in monasterium, si bonorum & iurium acquirendorum causa pax sit.

NB. Defuncti cadaveri, sepulchro contumeliam inferri potest, cuius actio ad hæredem pertinet.

- 6 Iniuriarum actio est duplex, Vna civilis ad poenam applicandam actori, quanti is iniuriam aestimaverit, tamen cum moderatione Iudicis, ne Actor in litem iurando, ob affectionem excedat, sicut habetur in l. in actionibus. ff. de in litem iurando; idem obserua in postulatione expensarum: quia pars litigans exprimit quantitatem expensarum, quam iudex postea taxat, & defert iuramentum parum non minus expensum fuisse. Altera est actio iniuriarum ad publicam poenam iudicis arbitrio deferendam.

NB. 1. Iniuriam passus vtram maluerit, civilem vel criminalem actionem instituere potest, sed vtræque institutæ, altera ipso iure tollitur. 2. Vtræque actio poenalis est, neque ad hæredes transit ante litis contestationem. 3. Si civili iniuriam actione postulatus poenæ soluendæ idoneus non sit, corporaliter puniendus saltem vbi atrox. *Qui non habet in are, luat in corpore.* 4. Si iniuriam passus, in posterum sibi timeat ab aduersario, implorare potest auxilium iudicis, vt compellatur ad cautionem præstandam de non offendendo. Quædoque etiam Reus in carcerem securitatis causa tradidi potest, teste Gomez.

- 7 Actio iniuriarum tollitur morte offendenti & offensi, nec transit ad hæredes, nisi lis ante contestationem, secus est in actionibus noxalibus, aut ex l. Aquilia de damno dato compensando, hæc enim transeunt ad hæredes.

hæredes iniuriam passi, licet litem non intentauerit, aut contestatus sit.

NB. Crimen publicum, quod quilibet accusare potest, pertinet ad proximum hæredem. 2. Actio iniuriarum tollitur remissione, item per dissimulationem, aut si iniuria affectus sine necessitate locutus est, aut salutauit aduersarium. Pater potest condonare iniuriam illatam filio etiam reclamante filio, non autem è contra.

Quod si Aduersarius iniurians filium persona uilis, filius autem honesta; tum etiam filius inuito patre potest actionem iniuriarum instituere.

Demum extinguitur Actio iniuriarum, si intra annum post illatæ uerbali iniuriæ notitiam agere is intermittat, cui agendi ius competebar. Est enim actio iniuriarum prætoria, quæ annum durat.

Sublata actione iniuriarum manet actio merè civilis ad damni compensationem tendens ex L. Aquilia intra 30. Annos.

C A P. VII.

De Restitutione Fama.

Qui crimen falsum alicui imposuit, etiam per errorem, is dictum suum retractare tenetur. Interdum tamen famæ alienæ consultum satis est, si infamator dicat se deceptum fuisse. Ratio est, quia quicumque causam posuit, unde postea intelligit alteri damnum iniustum oriturum, is ex iustitia tenetur causam tollere, si facile possit, quia si causam à se positam non remoueat, censetur etiam iniustum effectum illius

illius causæ velle. NB. Qui per errorem detraxit, id est, materialiter, ille non tam strictè tenetur ad restitutionem, quam qui formaliter, ille enim restituere tenetur cum damno famæ æquali, V. C. falsum testimonium ferens, tenetur retractare etiam cum vitæ periculo, si alterum in mortis periculum per falsum testimonium coniecit.

Iudex qui sententiam materialiter iniustam sedixisse cognoscit, debet eam retractare.

2 Qui crimen alterius verum, sed occultum prodixit iniuste, is conceptam criminis opinionem abolere tenetur, quatenus sine mendacio potest, dicendo, se deceptum, se male dixisse; cum enim omne peccatum deceptio sit, verè potest dicere se deceptum fuisse, quando hominem taliter infamavit. Quod si talis formula loquendi non possis retractare, tenetur quotiescunque se occasio offerat, laudare, honorare infamatum à te.

3 Si quis iniuste famam ablatam omnino restituere non potest, omnino liberari videtur, ut non debeat pecunia satisfacere ante Iudicis sententiam. Ratio, quia iustitia commutativa non aliud exigit, nisi restituatur res ablata vel æquivalens; pecunia autem famæ non æquivalet, tamen ex iustitia vindictæ iudex potest compellere Reum ad satisfaciendum Actori in pecunia.

Axioma illud: *Qui restituere non potest, quatenus debet, restituere debet quatenus potest*, id solum verum est in rebus æquivalentibus, vel quæ eiusdem Ordinis sunt, cuiusmodi non sunt fama & pecunia.

4 Si ex infamia alteri à te aspersa aliud damnum ipsi secutum sit, V. C. semotio ab officio, debes ut causa integrè satisfacere arbitrio Iudicis, transireque hanc

actio ad hæredes, & contra hæredes; quia hæres re-
 præsentat personam defuncti, in bonis defuncti non
 autem in bonis famæ, iam talia sunt pure perso-
 nalia.

Obligatio restituendi famam extinguitur. 1. per
 condemnationem spontaneam, excipe nisi infamia
 redundet in familiam, tunc condonatio illi nihil
 præiudicat. 2. si infamia hominis per obliuionem
 penitus deleta sit, cessat enim tunc ratio & obiectum
 restitutionis. 3. Si ille, quem tu infamasti, vicissim
 te infirmauit, famamque restituere nolit, iuxta Re-
 gulam; *quod non cogaris ius suum alteri reddere, si ille recu-
 sit tibi reddere tuum*; sed interea iure compensationis
 vel retentionis uti potes. Contrarium sentit Na-
 uarr.

Ex contumelia alicui irrogata non oritur obliga-
 tio restituendi, nisi exinde honor vel fama personæ
 apud alios læsa fuit. NB. Nam pro sola iniuria seclu-
 so damno nulla restitutio facienda est ante iudicis senten-
 tiam: NB. V. C. Si Titium solum priuatim spu-
 rium hominasti, nullum ei damnum intulisti, nisi
 quod ipsum contristaris, idcirco teneris petere ve-
 niam iuxta Matth. 5. Excipe hostis tuus agrè ferens
 denuo memoriam fieri istius contumeliæ malit o-
 mnino dissimulari, alijs officijs debes hominis offen-
 si animum demulcere. Superiores offendentes infe-
 riores non tenentur petere veniam, ne dum ni-

*mi seruetur humilitas, regendi
 frangatur auctori-*

tas

Gg

PARS

PARS TERTIA.

De Obligationibus contractis ex
iniusta læsione Cor-
poris.

Homicidium & mutilatio vel est sui ipsius, vel alterius: Si alterius, aut publica id auctoritate fit, aut priuata. Si priuata, vel ob necessitatem defensionem, vel non: & tunc rursus vel fit, vel voluntate. Atque iterum vel voluntate directa, vel ex proposito, vel indirecta & interpretatiua voluntate.

C A P. I.

De Occisione & Mutilatione sui ipsius.

- 1 **S**eipsum sine causa necessitatis mutilare, aut cadere, est iniuria contra Deum. Ratio, quod haec membrorum suorum non sit Dominus, sed Deus Ergo iniuriam abscindens infert Deo.
 - 2 Maioris vitandi mali causa, puta si aliquis ab alio occidendus sit, licitum est seipsum mutilare. Ratio, Nam licet homo non sit Dominus vitæ ac membrorum, est tamen conseruator: Mutilando autem vnum membrum, ne maius damnum corpori inferatur, prudenter custodit vitam, quare potestas ipsi à Deo naturæ auctore, concessa esse videtur.
- NB. Peccant parentes curantes propter carnem castrare filios suos, quippe sæpè cum animæ parte coniunctum.
- 3 Seipsum occidere nunquam licet, nisi Deum obediens, quia homo non est Dominus vitæ suæ. Sicut enim miles non potest discedere à statione sua sine

iusu imperatoris, ita nec licet homini ab hac vita migrare sine Dei voluntate. Confirm. Aut enim homo innocens est, & tum non licet, Exod 33. In fontem ac iustum non interficies. Nocentem verò iudex interficere debet, nemo autem Iudex sui ipsius esse potest. Confirm. 2. Nec alia animalia se ipsa occidunt, ad eò alienum est hoc à natura.

NB. Sancti Martyres ex Zelo & amore martyrij suam ipsorum mortem operati sunt, sicuti legimus de S. Apollonia. Samson excusatur non se ipsum ex proposito occidisse, sed dum aliorum iustæ occisioni incumberet, mortem propriam fortiter pertulisse; sicut Lessius ait: Licitum esse, ut horrendam incendij flagrationem effugas, ex alto loco desilire, quamvis cum certo periculo mortis: non enim intendis te occidere, sed dirum tormentum fuga euadere: Ita excusantur milites in prælio navali nauem incendentes, ne in hostium crudelium manus veniant.

Ad mortem se offerre, & ab alio inferendam per- 4
mittere, non semper illicitum est, imò interdum præceptum, ut pro fide aut Republica quippe quæ præferenda est vitæ priuatæ, V. C. ad ciuitatem ab hostium obsidione liberandam, tradendo hosti innocentem, non ut is occidatur, sed ut Respublica seruetur, cum hæc non sit cooperatio formalis ad homicidium, sed tantum permissio.

NB. Propriam vitam non teneris seruare abscessione pedis. Ratio, quia præceptum seruandi vitam affirmatiuum est, non omni tempore ac modo obligans.

Corporis voluntaria castigatio debet esse moderata, iuxta 1. Cor. 9. ieiunijs & vigilijs vitam notabiliter minuens, peccat mortaliter.

Gg 2

Mar-

6 Martyrum est perfectissima Confessio veritatis, quando homo mortem ipsam perferre potius eligit, quam ut fidei veritatem verbo aut opere detrahat, Vide dicta hoc lib. sect. 3. num. 3.

NB. Apud hæreticos, vbi nullus fructus speratur, concionari, sacrificari cum vitæ periculo est operum meritis, & contra legem charitatis; quippe peribendo causam infidelibus peccandi. Inuolare in idola non licet, nisi superior paganorum sis, aut Deus iubeat.

NB. Aliquando expedit fugere infideles, vti magis viuendo pluribus prodesse possis, iuxta verbum Christi Matth. 10.

7 Opus Martyrij, etsi laudabiliter obiri possit, tamen semper in præcepto est, se d tantum in necessitate, vbi scilicet honor Dei & spiritus aliorum proximorum damnum patiatur, quod abstinendum de Catholica prædicando publicè.

8 Qui se ipsum voluntariè interimit, in loco sepeliri non debet, nisi ex furore, amentia, namque aliæ passiones, ira, timor, &c. adeò vehementer terdum sunt, ut animo plenam deliberationem retineant, efficiantque ex opere mortali, veniale, nec iam contingere solet, ut vehementissima passio stititæ, concurrente atrabile, ita hominis animam phantasia occupet, ut rationis vsum adimat.

NB. In Dubio, vtrum quis deliberatè amentia se occiderit, iura Ecclesiastica significant, quæ praxis Ecclesiæ obseruat, ut tales sacra sepulchra suffragijs sint priuandi, partim id pertinet ad Reuerentiam sacri loci; partim quia sicut in alijs criminibus, ita & in hoc inspicitur factum per se malum, deo que voluntariè admissum & pœna dignum, ut

præsumptio contraria adfit, veluti si fuit vir spectatæ probitatis, quem nullo modo credibile sit tale facinus deliberato animo admittere, in animum induisse. Quod si aliquis reperiatur in puteo mortuus, vel in carcere, & non constet, cenferi non debet, se ipsum præcipitasse, nisi magna indicia antecesserint. Quia non probat hoc esse, quod quandoque contingit abesse, & in tali dubio non est præsumendum delictum.

Homo se ipsum occidens, si ante mortem signa pœnitentiæ edidit, potest sepeliri in loco sacro, sed in foro iudiciali propter talem pœnitentiam non remittitur pœna decreta confiscationis omnium bonorum, si Reus delatus metu futuræ sententiæ mortem sibi consciuit Bona eorum, qui insaniam se occidunt à fisco vindicanda sunt.

C A P. II.

De Homicidio quod publica auctoritate fit.

licet Magistratus non habet ius ad arbitrium occidendi suos subditos, quippe non habens dominium in corpora subditorum, tamen ius habet occidendi subditos, in iustum criminis vindictam, iuxta Exod. 22. & Rom. 13. Ratio, Cum primum homines in vitæ societatem cœunt naturalis ratio dicat ad eius conservationem necessariam esse, ut Respublica Princeps, tanquam caput, ius habeat delinquentes puniendi, etiam morte si opus sit, Communitas enim ita se habet ad Ciues, sicut se habet homo ad membra singula; Atqui homo, ne totum corpus pereat, habet ius tollendi vel abscindendi infectum Ergo à pari.

Coroll. Non occides, concernit innocentes priuata autoritate extra casum necessariae defensionis.

2 Proscriptum & bannitum per publicam sententiam mortis, cuius est populo occidere concessum, si fiat non ex odio sed zelo & non pendente appellatione, aut extra territorium proscribendi, & non parentes, vxor, liberi, qui proscriptum alere tenentur, si quidem ius ciuile iura naturalia non tollit, actualis Reipubl. hostis sit. Probatur Concilio. Cum enim Reipublicae inter sit de malefactoribus vel hostibus poenam mortis sumere, id autem esse non possit, postquam Reus aufugit, nisi publica facultatem omnibus tribuat occidendi malefactorem, poterit quandoque si res exigat (ob gravem causam) hanc facultatem dare, & consequenter quiuis est populo accipere & exercere.

3 Fas non est proscripto, se defendere contra hostem aggressorem, eum occidendo vel mutilando. Nam aggressor est veluti publicus minister iniustitiae habens occidendi bannitum, Ergo si proscripto resistat, resistit publicae potestati, & iniurius non minus quam si resisteret carnifici. Non est proscripto permessa defendendi facultas, ubi offendendi est de iure facultas; aiunt Doctores in l. i. C. quando liceat. Concilio. Alioquin posset dari bellum ex utraque parte licite iustum, seclusa ignorantia, quod omnino negant.

NB. Extra territorium proscribentis fas non est proscriptum vel bannitum occidere. Nullus enim Magistratus ius dicere potest extra territorium suum sine expressa vel rationabiliter praesumpta licentia.

4 Iniquae sunt leges ciuiles, si adulteros a proprio patre, marito, occidi permittant approbatiue.

io, quia non est singulis concedendum, quod per Magistratum publicè potest expediri. reg. 136. ff. Et inauditum & non condemnatum à priuato occidi, nulla æquitas patitur, imo contra Charitatem hominem adeo imparatum & impœnitentem occidere: Iustæ tamen sunt istæ, si permittant solum negatiue, quia talem homicidam ob iustum dolorem, quem in tali casu decoquere difficile non puniunt nec actionem criminalem, nec ciuilem recipiunt. Vnde sacri Canones excommunicationis sententiam remouent, qui in Clericum cum vxore, matre, filia, sorore turpiter inuentum, manus iniecerit violentas.

C A P. III.

De Homicidio ob defensionem.

Actualem sui aggressorem occidere volentem, quilibet præuenire & occidere potest, cum moderamine inculpatae tutelæ, iuxta c. si vero. i. de sentent. excomm. *Vi in vi repellere, omnia iura, omnesque leges permittunt.* Et l. 3. ff. de iustit. & iure: *Iure hoc euenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur.* Ratio, quia secundum ordinem charitatis, quisque propriam vitam præferre potest alienæ, dummodo tantum agatur de bono priuato, non etiam publico Nam sicut fieri potest, ut non tantum liceat, sed debeas etiam te defendere ab aggressore vili, & tu sis Reipublicæ valdè utilis, sic etiam fieri potest, ut tenearis potius mortem innocens perferre, quam aggressorem Reum valdè vtilem Ecclesiæ & Reipubl. occidere.

Moderamè inculpatae tutelæ (ein rechtmässige Nothwehr

Gg 4 wehr

est, si alio faciliore modo te defendere non possis, quam occidendo. Idem sentiendum de insidiatore vitæ tuæ, & quouis innocente dormiente in via, & te per accidens proculcando, si alio modo fugere hostem non possis.

2 Vir nobilis & militaris, licet fuga declinari potest imperum aggressoris, plerunque tamen non obicitur. Ratio, quia huiusmodi hominibus fugere plerunque ignominiosa est, aliter sentiendum de humilionibus & Clericis, quorum laus non in usu armorum, sed virtutum Charitatis &c. consistit.

3 Prouocato ad duellum plerunque non est tutum comparere seu acceptare. Ratio, quia nec prudentum vitio vertet tibi, quod legem Dei conserues, hominisque occidendi periculum ablatum iusta necessitatis causa non adeas, imprudentium autem vana iudicia in re adeo graui attendenda non sunt. Dixi plerunque. Nam in rarissimo casu, si miles in exercitu, vir equestris in aula regia, officio, dignitate, Ducis aut Principis favore, ob ignauitæ suspicionem, excidere debet, nisi identidem prouocanti se sistat, non audebit minare eum, qui mera defensionis gratia parauerit.

Idemque sentiendum, si ad pugnandum lacessit alterum, crebra conuitia adijciat, qua ille molestus subeundo dedecore aliter liberare se non possit, nisi armis congregiatur. Nam si ad defendenda bona est occidere, multo magis si ira necesse sit ad defendendum honorem, cum honor plus valeat, quam bona. Dūmodo spes sit contra hostem preualendi, alioquin illicitū erit, certò mortis periculo se exponere.

ad vitandum dedecus (vtpote minus bonum morte, & minus malum morte) quod non ex hominis delicto, sed ex vulgi sinistra opinione. Nam vulgi error est, pro honore moriendum esse.

NB. Licet nefas sit post acceptum vulnus, alapam, cessante periculo vltioris plagæ aduersarium repercutere, quia talis percussio post illatam, & non amplius impendentem violentiam, non defensio, sed vltio censenda, quam constat priuata auctoritate illicitam esse; iuxta c. significasti. 2. de homicid. *Vim vi repellere, omnia iura legesque permittunt, non ad sumendam vindictam, sed ad iniuriam propulsandam.* Tamen si vir strenuus illatum sibi dedecus ex alapam. V. C. nulla alia ratione à se remouere possit, quam quo furi licet resistere eum consequendo, vt ablata recuperentur. Excipe, nisi qui contumeliam intulit perat veniam. Vide Lessium contrarium docentem.

Non solum pro defensione vitæ, aut honoris, sed etiam facultatam, quæ non modici momenti sunt, & alia ratione liberari non possunt; concessum est, etiam Clerico, aggressorem vel raptorem mutilare, interficere. Ratio est partim quod lex naturæ ad propriam sui defensionem contra iniustum sui ~~defensio~~ *inueniunt* rem inclinata id permittat, partim quod ciuiles etiam constitutiones eiusmodi facultatem omnibus tribuant. Quod etiam confirmant bella instituta à Republica ad recuperanda bona, neque ad hominum occisionem: Nam alioquin scelerum impunitas probos ad peccandum audentiores redderet.

NB. Etiam furem nocturnum non licere occidere, si quis possit res suas sine occisione recipere, sed

quia plerunque nescitur an veniat talis ad occidendum, an rapiendum, tunc periculi declinandi causa, nisi damni homines acciri possint, impune occiditur.

§ Si quis ius habeat aggressorem vel raptorem occidendi defensionis causa, etiam aliis concessum esse vim passo opem ferre. Quin interdum obligatio incumbit, seu ex charitatis, (v. c. parentibus liberis) seu ex iustitiae lege, ut principes vias tutas à latronibus reddant. Vasalli, milites, famuli, eo pacto tacito conducto à dominis, ut Domini contra iniquos aggressores defendere teneantur.

CAP. IV.

De Homicidio Voluntario & Casuali.

¶ **H**omicidium aliud est casuale: (casu contingente) est, quod fit præter agentis intentionem sine voluntate fiat, siue illicitè, vacat omni culpa) aliud voluntarium, idque vel directè (ex proposito, & non impediendo mortem, si debueras, v. c. nauta) vel indirectè & interpretatiuè cum culpa, sed sine dolo, si dolosa occisio capitis diminutionem meretur. Nobiliores mitius puniuntur, & in Insulam deportantur.

Qualificatum homicidium (parricidium, & homicidium) grauius puniri solent.

Præterea aggrauatur homicidium voluntarium ex modo occidendi, V. C. per conductionem, & insidias, veneno; adimitur enim homini ius naturale sui defendendi, iuxta l. 1. Cod. de malef. Plus est hominem veneno extinguere, quam occidere gladio.

NB. Qui per quam culpam, quamuis latissimam

(non enim hæc æquiparatur dolo) hominem occidit, non ordinaria pœna homicidii, sed arbitraria iudicis afficiendus est; grauitas aut leuitas culpæ à iudice æstimanda est.

Qui in amentia, somno, ebrietate inuoluntaria & inculpata hominem occidit, extra culpam & pœnam est. Talis ebrietas est Noe, Gen. 9. Qui verò voluntariè & culpabiliter se inebriauit, & in ebrietate consuetudinem rixandi perspectam habens, homicidii periculum suspicatus fuerat, propter peccatum intemperantiæ & iniustitiæ pœnæ arbitrarie iudicis subiectus est. Ratio, quia tale homicidium non est ex proposito siue voluntarium directè, sed indirectè tantum, & in causa sua culpabile. Quare si quis cognitam habens suam propensionem, id eo se inebriasset, vt hominem occideret, secuto effectu ordinaria pœna afficiendus foret, teste Co-uarruv.

Quod si quis culpate se inebriauit, sed de homicidii periculo nihil suspicatus, nec inclinatus ante ad pugnam, non est pœna afficiendus. Ratio; Tale homicidium neq; est directè voluntarium, vt patet, nec indirectè, & in causa; nam vt aliquid voluntarium censetur, necesse est, effectum vt plurimum, & frequenter coniunctum esse cum aliqua voluntaria operatione, alioquin non censebitur effectus per se & secundum intentionem virtuales; sed casualis ac per accidens. Atqui hominis occisio raro cum ebrietate coniuncta est. Ergò non voluntarium sed casuale & inculpabile homicidium censei debet; ita excusatur factum Loth. Gen. 9. Quod si in aliqua Republ. consuetudo ebrios puniendi, ob euentum homicidii in externo foro pœnam augeri.

Qui

- 3 X Qui malitiose impedit ne fetus concipiatur, aut conceptus animetur, non verè, sed quasi homicidium committit, & mortaliter peccat. Ratio, Homicidium festinatio est, prohibere nasci. Nec refert, natam qui eripiat animam, an disturbet nascentem. Homo est, qui futurus est, nam fructus in semine est. Qui autem fetum animatum enecat, verè homicida est, & efficitur irregularis. Communiter autem masculus accipit animam rationalem quadragésimo die à conceptione, foemella 80.
- 4 Si fetus in animatus est, facilius permittitur propter matris salutem, medicum eum expellere. Ratio, quia tali modo fetus est quodammodo aggressor, seu causa efficiens materni obitus, igitur eum abigere inanimatum, naturali iure licet. Tum si medicinae tales sint, quae directè tendunt ad fetus occisionem, puta venenum adhibere nunquam licet, cum hominem innocentem directè & per se occidere nefas est. Medicinae autem directè ordinatae ad sanitatem matris, licet per accidens timeatur occisio fetus. V. C. Sectio venae purgationes licet adhibere; si certo putetur mater cum prole moritura. Ratio, quia innocentem per accidens & præter intentionem in casu necessitatis occidere, à recta ratione alienum non est. In proposito autem casu occisio maximè per accidens contingit. Quod si (quod tamen vix possibile) crederetur fetus matre moriente viuum nasciturum & expectandum fore, tunc ordo charitatis postularet, ut mater abstinere à medicamentis, etsi moritura, & in vita spiritualis (quae meritò præferenda corporali matri) præservaretur.
- 5 Suadens aut mandans homicidium iniustum fieri, crimine & poenis patrati homicidii tenetur. Quod si mar-

si mandatum quis reuocauerit ante executionem coram mandarario, liber est ab irregularitate.

NB. Inter mandantem & consulentem dispar ratio est, quia mandatum fit in gratiam mandantis; consilium autem datur in gratiam capientis, & ante dispositi ad homicidium. Vnde sequitur, si suadeas Titio occidere, qui antea tale propositum firmiter conceperat, quod nihil efficias: Sin verò mandes ad Effectum, efficis, vt tuo nomine homicidium fiat, tibi que vt causæ adscribatür.

Qui homicidium suo nomine patratum, postea 6
ratum habet, licet alius iuris pœnas, v. c. excommunicationis censuram incurrat, non tamen irregularitatem, quæ solum macula & non pœna, neque damni refarciendi obligationem. Ratio reg. 10 in 6. *Rationem retrotrahi, & mandato non est dubium equiparari.* Quod si quis homicidium non suo nomine patratum approbet, non censetur ratificare. Ratio, quia *nemo ratificare potest, quod suo nomine gestum non est.* cum quis de sent. excom. in 6.

Qui hominis necem cum facile posset impedire, 7
negligit, irregularitatem non contrahit, nisi ex iustitia obligatus fuerit ad defendendum. Non enim talis peccat contra iustitiam, cum homicidium non committatur, nec irregularis sit, tamen peccat contra charitatem.

Quædam personæ specialiter obligatæ sunt ad 8
impediendam necem iniustam, id est, principes, parentes.

NB. Medicus Homicida est, si cum posset impedire mortem infirmi, & negligat, si que irregularis.

CAP.

DVellum non est medium aptum ad demonstrandam veritatem, & in testimonium innocentiae saepe enim accedit, ut innocens succumbat.

- 1 Licitum non est Iudici duellum Reo indicere, propter scandalum si reus innocens: sed quandoque licitum est Reo, in tali necessitatis casu acceptare, tum ex zelo publicae iustitiae, (si uterq; reus) tum propriae vitae salvandae gratia.

NB. Si alicui certo cognitum sit, se per calumniatorem (accusatorem falsum) iniuste in iudicio oppressurum iri, licet ipsi duellum offerre & acceptare, quando unico hoc medio periculum mortis, infamiae, amissionis omnium bonorum à se accipere putat. Afferunt Molina, Nauarr. Sed Laman.

- 2 Ad liberandam vitam è certo periculo mortis quandoque fas est cum iniquo accusatore periculum instituire quocunque modo, eo quod contra iniquum accusatorem & insidiatorem vitae naturali iure cuius permiffa sit defensio. Ergo si aliud medium non suppetat evadendi, potest duello quod defendere, tamen cum consensu Principis. Quod honoris & fortunarum defensionem, vix in praesens occurret casus. Nam vel innocentiam tuam defendere potes, vel non. Si primum, nulla erit duellum necessitas; si secundum, etsi duello certes ac vitas non ideo criminis suspicionem abolebis. Ob bona temporalia non videtur hoc Christiani homini contentaneum. Calumniatorem autem te in vitae defensionem adducentem, clam è medio tollere, si volens, pessimum

peffimum exemplum ac scandalum dabis si innotescat à te hominem à calumnia non conuictum occisum esse, & alii sequentur cum maximo Reipublicæ detrimento.

In bello seu offensiuo seu defensiuo plerunque licitum non est duellum cum hoste instituire (quippe cum inefficax sit modus resistendi per vnum: efficacior autem modus resistendi coniunctis viribus. Ergo inique communis defensio vni soli committitur) nisi in his casibus; si hostis duellum exercitui offerat, ad auertendam ignominiam & finendum bellum, iuxta exemplum Dauidis. 1. Reg. 27.

Pœna excommunicationis decreta est contra duello congregientes, & eorum patronos, auxiliares spectatores, & Ecclesiastica sepultura priuandi. Excipe Germanos, qui à censura videntur excusari, ob non receptum Concilium.

CAP. VI.

De obligatione compensandi damnum ex homicidio, vel mutilatione.

NB. Contra iniquum aggressorem duæ actiones conuertiuntur. Vna ad compensationem damni illati, secundum commutatiuæ iustitiæ æqualitatem, cuiusmodi obligatio ex ipsa natura facti oritur ante sententiam Iudicis, sed si homicidæ pœna mortis à Iudice decernatur, compensatio damnorum ferme exigi non solet, cum tamen in rigore possit, eò quod damna priuata per publicam punitiõnem non re-sanciantur. Altera est actio ciuiliõ & criminalis ad satisfactionem pro iniuria de qua dixi tract. hoc parte 2. cap. 6. num. 6.

In æsti-

1 In aestimatione damni, quod iniuste vulnerandi resarcire tenetur, imprimis veniunt, impensa facta in medicos, chirurgos; deinde operæ quibus homo caruit, vel cariturus est. V. C. si opifex vulneratus, in labore impeditus, lucrum illi cessans compensari debet deductis tamen expensis, quas facere oportuisset, non vero molestiæ, laboris, cum lucrum plerumque labori commensuratum.

2 Pro cicatricis deformitate, membri, ipsiusque vitæ iactura, nulla compensatio faciendâ est ante Iudicis sententiam, iuxta l. ultimam ff. de his. *In hominibus vero nulla corporis aestimatio fieri potest*, id est, vitæ hominis liberi & membrorum integritas alterius generis & altioris ordinis sunt, quam ut in commutatione pro pecunia venire, & quasi venalia fieri possint: tamen potest Iudex in foro externo secundum iustitiam vindicationem multam pecuniariam hominibus decernere, applicandam offenso, eius hæredibus. Et confessarius in foro interno pro pœnitentiâ potest imponere Reo sacrificia preces, &c. animam eius applicandas.

NB. Sumptus funebres non veniunt in restitutionem, nisi occasione necis illatæ. V. C. in alieno loco, vel extra patriam, maiores fieri oportuerit.


3 Homicida damnum compensare debet, quod inde provenit occisi parentibus, liberis, uxori ob iunctionem, quam gerebant cum persona defuncti, atque inde ortum legale ius petendi ab eo alimentum. Quod si ipsis hæredibus ob iniustæ mortis accelerationem minuatur, compensatio illati damni facta erit, nisi percussus percussori sponte omnem restitutionem condonarit. Damnum verò quod familiaribus & clientibus per accidens provenit, non in

detur ex iustitiæ lege compensandum esse, eo quod defunctus ex iustitiâ nihil debuerit.

Creditoribus illatum damnum ex iustitiâ resarcite debet homicida; eo quod occisus arctiore obligatione iustitiæ tenebatur erga creditores, quam erga parentes liberos & uxores, cuius rei signum est, quia his alimenta & hæreditas non præstatur, nisi deducto ære alieno. Ergo si homicida filiis, uxori damnum illis euentum, resarcire tenetur, multo magis creditoribus, quamuis id in præxi non obseruatur.

¶ Ut homicida vel vulnerans in conscientia obligatus sit ad damni compensationem, necesse est, eum aduersus iustitiâ deliquisse. Vnde, qui alium ad duellum prouocauit, vulnerans illum non tenetur ad ullam restitutionem. Ratio, quia volenti non fit iniuria, idem censendum de occumbente in hastiludio propter pactum remissionis; quod implicite inter illos intercedere censetur.

NB. Qui aggressorem vulnerauit, ultra moderamen inculpatæ tutelæ tenetur resarcire damnum secundum proportionem iniusti excessus. Alii autem dicunt quod ad totum damnum tenetur propter peccatum mortale commissum, propter excessum, quod secum trahit integram restitutionem, nisi iudex in tali casu damni restitutionem condonet.



De Irregularitate orta ex homicidio, vel venditione publica auctoritate facta.

1. **A**D Irregularitatem contrahendam V. C. ob defectum perfectæ lenitatis non requiritur culpa, sed sufficit voluntas etiam virtualis secuto effectus. Ratio, quia irregularitas non est pœna, sed macula moralis, siue indignitas ad altaris ministerium. Indecens enim est, ut is, qui voluntariè siue necessitate hominis sanguinem fudit, Christi manus etiam in altari repræsentet. Tales sunt Aduocati, Iudices, Assessores, Accusatores, Demonstratores, testes, tabelliones, qui torquendo primit confessionem Rei, Qui dicat, scribit, signat, publicat literas pro vindicta sanguinis destinatam, et Executor sententiæ satellites illius. Illi omnes irregularitatem incurrunt, ob defectum perfectæ lenitatis. Idem lictores, si capti occidantur.

2. Necessè tamen est, ut cooperatio ad mortem notabilis sit & non admodum remota, unde cooperatio facientes scalas, patibula, non sunt irregularitatis, sed qui applicant funes & scalas; hi enim cœtur causa propinqua. Item si Titius literas committas (continentes mandatum capiendi matrem) Clerico det ad legendum, non fit irregularis Clericus, eò quod sit causa remota. Non irregularis fit, qui impetrat, ne Reus per viam publicam, cum suo, & familiæ maiore dedecore ducatur, sed via breuiore, etsi per accidens contingat mortem accelerari. Nec Clericus spectans Reum supplicat

Supplicio afficiendum, inde cens tamen est ob curiositatis vitium.

NB. Si confessarius hortetur Reum, ut in via procedat, non fit irregularis, nam parum pro nihilo reputatur, si autem cooperatio vel acceleratio notabiliter facta sit, irregularitatem contrahit.

Prælati absque irregularitatis periculo Reum velati incorrigibilem seculari potestati tradere possunt. Ratio, quia ipsi mortis sententiam non pronuntiant, imò generatim adhortari possunt magistratum, ut exequantur.

Si Episcopi & similes prælati, temporalem etiam Iurisdictionem obtinent, leges aduersus malefactores condere, Iudices creare, iisque causas criminales committere non prohibentur, adiecto mandato, ut iuris ordo seruetur. Potest tamen etiam pœnam ignis mutare in leuiorem, quia hoc modo non causa mortis aut supplicii existunt, sed potius, ut pars supplicii dematur, qui misericordiæ non seueritatis actus est.

NB. Clericus fit irregularis, si suadeat ex iure, aut consulat etiam generaliter rei veritatem aperiendo, posse talem & talem accusari, & mutilatio, vel mors sequatur, [¶] Confessarii possunt Iudicibus in Confessionibus denegare Absolutionem, nisi Reum noxium Reipubl. morti adiudicare proponat, item possunt hortari Reum, ut crimen fateatur. Nam Ecclesia noluit irregularitatis obicem ponere, quominus Iurisperiti & Confessarii scienter ac munere suo salubriter fungi possint.

Qui in persona, etiam Clerici, vel rebus suis, aut suorum domiciliorum, coniuكتورum, nō aliquorū extraneorum iniuriam passus est, absque irregularitatis

laritatis periculo malefactorem Magistratum decernere
ciare & ciuilitate contra ipsum agere potest, cum ex-
pressa protestatione, quod sanguinis vindictam
non intendat. Ratio, quia alioquin daretur magis
ria plerisque trucidandi eosdem, & eorum bom-
berè deprædandi. Inò etiam Ecclesiasticus potest
malefactorem suum, si necesse, eo sine capere, de-
tinere, & Iudici tradere, quia cui concessus est
nis, ei etiam media necessaria ad talem finem.

NB Talis protestatio non prodest Iudici aut
uocato, quia tales non propriam sed alienam ca-
sam prosequuntur, quæ etiam ratio est, cur Clerici
ordinariè compelli non possint ad f. rendum tes-
monium in causa criminali, quia illis per Canones
prohibitum est.

- 6 Canones non infligunt notam irregularitatis
propter officium debitum ex lege charitatis, ab-
sque uirtutis. Vnde licitum est absque irregularitate
periculo accusare malefactorem, si ita necesse sit
defendam vel liberandam Rempubl. aut
centem à graui periculo.

NB. Irregularis non fit, qui frigida infanter be-
ptizat, etsi contingat ideò citius mori, nec qui de-
mat ut fur deprehendatur, suspendendus, quia
charitatis exercitum est.

NB. Dixi Actionem ciuilem institui posse in
Actio criminalis de delicto, quod mortem vel
lacionem meretur à Clerico sine peccato & per-
lo in regularitatis non potest institui, nec ciuilem pro-
statio, utpote inutilis & factio contraria.

Dixi cum expressa protestatione; Nam qui de-
nunciat vel accusat etiam ciuilitate de crimine, qui
scit dignum morte vel mutilatione, is in directa
lacione

luntate censetur esse causa mortis, quippe ad quam discernendam Index ratione officii sui moueri solet, occasione eiusmodi denunciationis. Verum talis in directa voluntas, secundum Canonum constitutiones retractari censetur, per protestationem illam, eo saltem casu, quo quis suam vel suorum iniuriam prosequitur.

CAP. VIII.

De Irregularitate ex homicidio contingente in bello offensiuo.

Qui in bello offensiuo propria manu occidit vel ¹
mutilat, irregularis efficitur, in bello iusto ex defectu perfectæ lenitatis ex iniusta deformatione.

Qui bello iusto interfunt, opemque adferunt, si ²
neminem propria manu mutilent, irregularitatem non contrahunt, idque idè ne homines metu irregularitatis à bellando absterrentur. Secus est in bello iniusto, in quo ob vnius occisionem vel mutilationem omnes, qui auxilium attulerunt, irregulares efficiuntur, tanquam vna causa moralis.

CAP. IX.

De Irregularitate ex homicidio ob defensionem.

Qui ob necessariam corporis sui defensionem ¹
occidit vel mutilat hominem, irregularis non fit, nec infantes nec dormientes, nec Clericum, nec occidentes inuafores suos.

Qui ob necessariam Reipubl. vel hominis inno- ²
centis defensionem ex obligatione charitatis pugnat, ³
Hh 3 irregula-

irregularitatem non contrahunt. Ratio, Irregularitas non incurritur, nisi ex homicidio spontaneo, hoc autem de quo loquimur, non omnino spontaneum, sed cogente necessitate legis patrata est. NB. Iudaei, carnifex, sponte assumerunt officia sua.

NB. Clerici in maioribus pugnantes propriam vitam in bello defensivo, incurunt irregularitatem, quando per laicos vis & iniuria depelli potest, licet si per laicos patria ab iniquis inuasoribus liberari non queat.

¶ Qui iniquum aggressorem (furem etiam) ob fatu-
tatem aut bonorum defensionem mutilat, occidit, irregu-
laris efficitur ob defectum mansuetudinis, quia magis
conforme est Christianae charitati ad imitationem
mansuetudinis Christi, iniuriam sustinere, secus
in defendenda vita. Hunc enim casum canonice
ceperunt, quod tanto minor in ea cernatur man-
suetudinis defectus, quanto maior & naturae contra-
mior vitae defendendae necessitas.

CAP. X.

De Irregularitate ex homicidio voluntario & Casuali.

¶ **O**B Homicidium merè casuale ac fortuitum
incurritur irregularitas, siue aliquis de dolo
ram rei licitae seu illicitae; quia irregularitas non
curritur nisi in casibus iure expressis.

¶ Adulter irregularis efficitur, si occasione adu-
teri homicidium, occidendo maritum aggressorem, de-
curum est, modo ille tale periculum praeviderit, quia
indirecte causam praebuit secuti homicidii propter
vitae defensionem.

NB. Irregularis efficitur, qui iubet aliquem ve-

berari, prohibens ne mutiler, vel occidat, ille verò mandati fines egressus, mutilarit vel occiderit iuxta decisionem c. vlt. de homicid. in 6. vbi ratio additur: Cum mandando in culpa fuerit, & hoc euenire posse debuerit cogitare.

Clericus in sacris irregularis efficitur, si exercendo 3
do artem Chirurgicam, per incisionem vel auditionem, quamuis omni adhibita diligentia, hominē occidat vel mutiler. iuxta reg. 19. in 6. *Non est sine culpa, qui rei quæ ad eum non pertinet, se miscet.* Excipe in tali necessitate, vbi chyrurgus haberi non potest, nec clericus fit irregularis, si præter intentionem in venatione occidat hominem, quia perraro cum venatione coniuncta est hominis occisio.

Ad contrahendam Irregularitatem ex homicidio 4
indirectè voluntario, requiritur culpa mortalis, si quis operam dedit rei licitæ: sin verò rei illicitæ sufficere videtur culpa venialis.

Excepta prioris habes in Iudice præter intentionem Reum ad Carcerem damnatum, ita victus tenuitate premente, vt fame conficiatur. In iudice Reum torquente & præter intentionem occidente, in Magistro disciplinae causa puerum castigante, & præter intentionem occidente, in Medico vel Chyrurgo per negligentiam vel imperitiam respectu ægroti, in infirmum mouente ægrum in lecto, & præter intentionem mortem accelerante, in patre paupere prolem præter intentionem in lecto opprimente. In patrefamilias ferocem canem alente & incaute ligante. Excepta posterioris. In Clerico in venatione hominem præter intentionem occidente; In clerico saltante cum grauida, vnde abortus prolis animatæ contingit. In praxi

Hh 4 tamen

tamen nemo nisi ob mortale censetur incurrere irregularitatem. Nam vtrum homicidium securum sit ex operatione secundum se licita an illicita, pertinet ad forum externum tantum, in quo praesumptio fieri solet, contra eum, qui rei illicitae operam dedit, non sine lata eius culpa homicidii accidisse, praesumptio autem cedit veritati.

5 Si vulneratus vulnere tamen non lethali, tamen mortuus est ob chirurgi penuriam aut imperitiam, inique vulnerans irregularis efficitur. Nam hoc est vulnus causa physica mortis existit Eademque ratio cui si occasione vulneris alius morbus accessit, mortem inferens. Nam *causa causa*, censetur etiam *causa causati*.

1 E contra, si vulneratus conualuit & reincidente vulnerans ab irregularitate & obligatione homicidii immunis erit, idque Iudicio Medicorum relinquendum, an mors ex vulnere nec ne.

CAP. XI.

De Irregularitate ex mutilatione.

- 1 **M**utilasse is solum dicitur, qui alicui membrum abscidit.
- 2 Qui alteri aurem, nasum, aut digitum vnum maioribus amputauit, videtur irregularitate murrere (nam de minoribus dubitat Suarez) Ratio quia Canones intelligunt, quamlibet partis organae abscissionem, ob quam corpus humanum necesse est biliter sua integritate priuatur.
- 3 Qui sibi ipsi digitum aliudue membrum per iniquitatem abscidit, irregularis est.

C A P. XII.

De dispensatione super Irregularitate & homicidio, mutilatione.

NB. **P**riuegium Episcopis in Trid. concessum absoluendi ab omni irregularitate, excepta quæ oritur ex homicidio voluntario (dico priuegium, alioquin enim Episcopi non possunt dispensare in lege Pontificia) secundo, qui occultum homicidium perpetravit, nullo tempore ad sacros Ordines promoueri potest, nec ad vlla beneficia. Si verò vim in repellendo modum excessit, iure ipsi quodammodo dispensatio debetur.

Cum homicida voluntario, quamuis occultus sit, ¹
solus Papa dispensare potest.

Probabile est, Episcopum dispensare posse in irregularitate ex mutilatione illicita si occulta sit. ²
Ratio, quia Concilium tantum exprimit homicidium: Quare hæc exceptio firmat regulam in alijs. Et licet in iure æquiparentur homicidium & mutilatio ad causas incurrendi irregularitatem, non tamen quoad cætera. Item Episcopus dispensare potest in homicidio occulto facta causa defensionis, sed excedendo moderamen inculpatæ tutelæ. Ratio, quia rationale homicidium, non censetur simpliciter voluntarium.

NB. Probabile etiam est Episcopum dispensare posse cum homicida occulto, quæ tamen hominis necem non intendit directe, sed solum indirectè & in causa, V. C. Si quis mulierem gravidam percussit & abortum procreauit: Si quis tegulam improvidè et recto deijciens hominem occidat, mandatarius finis egressus, omnino occidit.

Nam talia homicidia cum non sint ex proposito

Hh 5 dire.

directo ac formali, non simpliciter ac perfecte voluntaria, sed veluti mixta ex voluntario & casuali. Idcirco eiusmodi occulta homicidia in dispensabilibus non sunt, nec comprehensa sub exceptione Concilii Tridentini.

NB. Parochus potest absolueré homicidam occultum, si asserat se non habuisse propositum occidendi sed solum rixandi, postea verò necessitate compulsus ut occideret, ne ipse occideretur, nam hoc non censetur reseruaturn, nisi sit notorium.

NB. Licet is qui ex commiseratione infirmum vertit, ut liberet eum angustijs mortis, grauitér peccet, & accelerando mortem irregularis fiat; tamen potest Episcopus cum tali dispensare; Quia homicidium voluntarium indispensabile intelligitur, quod animo crudeli & inimico fit.

3 Cum homicida indirectè voluntario Episcopus dispensare potest, quamuis notorio ad Ordines maiores & beneficium simplex.

4 Nomine homicidij indispensabilis intelligitur homicidium tantum directè voluntarium iniustum, vnde cum Clerico in bello iusto occidente potest dispensare Episcopus. Regulares tantam habent potestatem, solum in foro interno.

5 Episcopus per facultatem in Trident. concessam dispensare non potest super Irregularitate oblenitatis defectum, cum Milite, Iudice, Accusatore, teste &c. & similibus Irregularitatibus absque delicto contractis dispensare non potest, Ratio, quia talis irregularitas non prouenit ex delicto.

6 Irregularitas non ligat cum graui periculo vite aut famæ V.C. sacerdos qui occultum homicidium commisit (etsi statim debeat sollicitare dispensationem)

sed nisi Missam celebret, in suspicionem sceleris veniet, potest post pœnitentiam celebrare ad vitandam infamiam. Ratio, quia lex naturalis & diuina de defendenda propria fama, præstat legi humanæ de abstinendo à sacro in irregularitate. Eadem ratio est in alijs irregularitatibus & excommunicatione. Et si in tali casu difficilis sit aditus ad Papam, potest Episcopus dispensare.

C A P. XIII.

De Stupro.

Stuprum (est virginum illicita defloratio) non continet distinctam speciem peccati à simplici fornicatione, si absit dolus, vis. Vnde etiam in confessione non manifestandum necessarium. Ratio, cum enim stuprum siue fornicatio cum virgine modo naturali concubitus fiat, præterquam quod extra legitimum matrimonium, non potest habere intra genus intemperantiæ & luxuriæ aliam deformitatis speciem, quem eam, quæ est simplicis fornicationis.

Nec restitutionis obligatio oritur virgini, si liberè consentiat; quia *nulla est iniuria, qua in volentem fiat.* lib. i. §. vsque ad eò. ff. de iniurijs. nec parentibus, quia puella libertatem habet in corpus suum, quo vel nunquam uti, vel uti, vel abuti potest, quare licet tamen peccet, si abutatur, tum non facit vlli iniuriam, quia utitur iure ac facultate sua. Alia ratio est, si filia volens, patre inuito, domo abducatur, aut venundetur: tunc etiam iniuria patri infertur, utpote cuius ius, ac potestas patria violatur, ideoque ei actio iniuriarum proprio non filiæ consentientis nomine, competit.

Stuprator virginis, liberè consentientis, ad nullam
damni

damni restitutionem in conscientiae foro obligat.
Ratio, quia nullam iniuriam intulit, & licet intulisset patri, tamen non damnum, quia damnum corporis filiae volenti illatum non redundat in patrem, eo quod filia non sit possessio patris, sed liberum sui corporis usum habeat.

Quod si stuprator occultum facinus puellae non sine iniuria infamavit, tenetur damnum inde lectum filiae & parentibus eius resarcire.

Secundo, si Iudex in externo foro, secutus sententiam probabilem Molinae, &c. quod iniuria inferatur parentibus, quorum filia etiam volens constituitur, stupratorem condemnet ad poenam illis solvendam obtemperari debet.

3 Stuprator puellae per vim, fraudemue, debet eam dotare, aut in uxorem ducere, cum in altera natio debitoris sit electio. Lex Exodi 22 de Virginibus stupratis dotandis & in uxorem ducendis, est poenalis non obligans ante Iudicis sententiam.

4 Si puella occulte per vim stuprata, nullum aliud damnum passa fuit, & aequè virum honestum accipit, non videtur ille, qui stuprauit, ad aliquam damni compensationem in conscientiae foro obligandus. Ratio, quia pro iniuria secluso damno, nulla debet fieri restitutio, Puella autem nullum damnum passum est, & claustrum virginalis violatio non est pecunia aestimabilis.

C A P. XV.

De Adulterio.

1 Adultera plerunque non tenetur manifestare prolem esse spurium, quae publice legitima censetur.

Esset enim hæc obligatio valde difficilis, parum vtilis & plus noxia. Vxor enim odium excitaret, se & filium infamaret. Atqui Doctores aiunt, restitutionem bonorum fortunæ ordinariè faciendam, non esse cum detrimento altioris boni, videlicet famæ. Nec filius tenetur credere matri, nisi indubijs probat, ostendatur tunc maritum tempore conceptionis absuisse. Nam mater semper certa est, pater verò iuris præsumptione est is, quem nuptiæ demonstrant.

Id etiam locum habet, licet mulier circa tempus conceptionis in adulterio deprehensa fuerit; cum enim possit esse filius vtrinque potius præsumendum mariti esse, quam adulteri, nisi graues coniecturæ sint in contrarium, vt si maritus sit sterilis.

NB. Si agatur, V. C. de successione in regno, Ducatu, & filius spurius sit hæreticus, vel pessimus moribus, à quo Respublica graue nocumentum acceptura putatur. Legitimus autem filius, cui re ipsa hæreditas debetur, Reipublicæ vtilis futurus speretur, tunc adultera posthabito famæ suæ, imò etiam vitæ dispendio, rem palam significare debet, si spes sit illegitimi successionem tali ratione impediri posse.

Si adulter sibi persuadeat, vel meritò persuadere debet, prolem ex se genitam esse, debet compensare damnum patri putatitio, & liberis legitimis, quatenus id fieri potest. Ratio, quia adulter eiusce damni causamoralis extitit, quando huiusmodi iniustam actionem exercuit, ex qua suapte natura prolis generatio consequi solet, vt plurimum coniuncta cum damno mariti & liberorum. Sæpe tamen adulter excusatur, eò quòd restitutio fieri non potest, absque priuato vitæ graui dispendio & famæ.

In

3 In dubio utrum proles ex adulterio genita sit, adulter obligandus videtur ad restitutionem saltem secundum dubij proportionem. Nam si constet delictum admissum fuisse, praesumptio esse solet contra nocentem. Et in dubia causa potius faciendum est innocenti quam nocenti. Quod autem filius illegitimus in dubio se legitimum reputare potest, adulter non causa est, quia innocentia & fauor filij omnino re id meretur, ut legitimus censeatur, donec probetur illegitimus: cum haecenus fuerit in possessione filiationis. At adulter fuit causa iniusta, ut maritus probeat alimento filio tanquam certo, qui tamen dubius est.

4 Fas est filios illegitimè natos interdum exponere, si ita necesse sit ad grauem infamiam vitandam, adhibita tamen cautione ne frigore moriatur, & prius baptizetur, apposita scedula, nec cum periculo infamiae tenetur parens filium sic exponere sustentare.

TRACTATUS IV.

De

Pactis & Contractibus.

C A P. I.

Quid sit Pactum.

Pactum est duorum vel plurium consensus in idem; videlicet ad aliquid faciendum vel non faciendum, vel ad aliquid dandum.

Effectus pacti est obligatio, cui ex altera parte
spondet actio seu ius petendi, id est, ius persequendi
quod sibi debetur, iuxta reg. 84 ff. *Is natura debet,*
quem iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti su-
mus.

Promissio, nisi acceptata sit, obligationem nul-
lam parit; alia ratio est de voto, quod à Deo ut cor-
dium Inspectore acceptatur. Excipe, nisi promissio
facta sit civitati propter incendium, tunc enim
obligat ante acceptationem. Ratio; quia Princeps
generali lege propter bonum publicum lata, ta-
lem pollicente obligationem imponere potuit ac
voluit. Quod si donatio sit facta ad pias causas
reuocari potest, eò quòd omnis promissio suapte
natura sit respectiua, cui proinde vis & obliga-
tio ex alterius partis consensu, tanquam à forma
sua dependet, nec aliud iure speciali positivo in
Ecclesiarum fauorem statutum est; Iuramento
tamen firmata valet ante acceptationem. Ra-
tio, quia *iuramentum seruandum est, quotiescunque si-*
ne dispendio salutis seruari potest, c. si vero. de iure iur. id-
que obligat non ex virtute iustitiæ, sed ex virtute re-
ligionis.

Non permittitur, ut quis pro altero pacisci seu sti-
pulari possit, nisi sit persona subiecta, puta filius pro
patre, seruus pro Domino, Regularis pro prælato,
aut monasterio. Prius probatur, quia certi iuris est,
factum alienum promitti non posse. l. inter stipu-
lantem, in princip. Est cit. l. stipulatio ista §. *alteri sti-*
pulari nemo potest. Post. probatur, quia propter ar-
tam coniunctionem, quodammodo eadem perso-
na censetur cum ijs, pro quibus stipulantur, tamen
ante acceptatam stipulationem à Capitulo, pa-
tre,

ite, Domino, &c. Si pactum reciprocum sit, potest
mutui, commodati, &c. claudicat circa mandatum.

NB. Donatio acceptata & donatario etiam do-
natur ante rem traditam, *discedas*, tamen hæredes
non liberantur sed tenentur.

§ Si donator misso nuncio ad donandum, antequam
donatio acceptetur, è viuis excedat, expirat
acceptandi, & res donationi destinata ad hæredes
donatoris spectat. Ratio, itam vel donatarius in hoc
casu haberet ius acceptandi, & res donationi desti-
nata ad hæredes donatoris spectat. Ratio, nam vel
Donatarius in hoc casu haberet ius acceptandi do-
nationem ex vi pacti seu donationis, vel ex vi man-
dati, primum dici non potest, quia omne pactum re-
quirit consensum duorum in idem: ante mortem au-
tem donatoris, donatarius nec per se, nec per alium
consensit aut acceptavit. Per mortem autem extinguitur
consensus donantis. C. si gratiose. de rescriptis
in 6. Ergo utriusque consensus in pacti obligatio-
nem concurrere nunquam potuerunt; nec securum
dum; quia mandatum extinguitur morte manda-
tis, si executioni nondum dari cepit, iuxta l. manda-
tum. C. mandati.

NB. Specialiter decretum fuisse in promissioni-
bus beneficiorum, dispensationibus & eiusmodi
gratijs, quæ ex debito officio Ecclesiasticæ potestatis
procedunt, ut ea ex parte concedentis valida & in-
vocabilia censeantur, licet alter ius & dominium non
ante acquirat, quam re intellecta consensum præ-
beat. Vnde etiam collatio ut absenti fiat, non requirit
personam intermediam, secus autem est in pactis
& contractibus.

6 Et gratia facta à principali, debet executione

mandari etiam post mortem Principalis gratia autem facienda. V. C. à Commissario non, si res adhuc sit.

C A P. II.

De Pacto nudo & vestito.

Pactum aliud est nudum, quod in civili foro actionem non parit, licet pariat exceptionem, V. C. si alicui volenti & acceptanti nude promissisti, mutuo te daturum, dicitur nuda conventio, cuius naturalem, siue in conscientiae foro ortam obligationem, ius civile quidem non tollit, nec prohibet solutionem eius rei, de qua conventum fuit: tamen ad vitandam multitudinem civilium actionum & litium, eiusmodi simplices conventiones non confirmat, id est, non vult ut iudex ad earum executionem debitorem compellat, nihilominus exceptionis beneficium contra Actorem ex simplici pacto siue conventionem obligatum tribuit.

Exemplum. Titius ex vendito debet tibi 100. aureos solvendo in die S. Georgij, tu autem eidem promissisti mutuo daturum aur. 100. hoc casu petentem te coram Iudice 100. aureos debitos. Titius exceptione promissi mutui repellere potest, idque ob remanentem obligationem naturalem, quae iure civili non plane extincta est, sed aliquos effectus retinet. V. C. Tribuens ius excipiendi, & compensationem utendi.

Pactum vestitum siue iure civili confirmatum dicitur, quod civilem actionem parit, V. C. exemplo competit emptori actio adversus venditorem ad mercem sibi tradendam, numerato precio, qua actione instituta & causa cognita, Iudex compellit

Ii

pellit

pellit venditorem, secundum iustam petitionem actoris.

Pacta seu conventiones 6. modis confirmantur, ut ex ijs actio civilis oriatur 1. Pacta natura actio nomine vestita, V. C. emptio, venditio, locatio, conductio, societas, commodatum, depositum, &c. 2. Vestuntur pacta interuentu rei datae ob causam, quod accidere solet in contractibus in nominata, V. C. Conuenisti tu & Titius, ut dares ei 10. oues pro vno boue, vterque civili iure (non naturali & canonico) altero etiam inuito, resiliere potestis, ante traditionem. Postquam autem tradidisti oues Titio, competit tibi actio civilis, siue ea quae dicitur *condictio seu repetitio dati ob causam, causa non secuta*, siue ea quae dicitur *actio in factum*, seu *verbis praescriptis*, per quam compellitur contrahens ad praestandum id, de quo conuentum est, id est, bouem. 3. Vestitur pactum adiectione ad aliud pactum, iure confirmatum. V. C. si aedes Titio vendidisti, atque incontinenti pactum adiecisti, ut inquilinum te recipias, pactio ista aliàs per se conformis, adiectione ad venditionem confirmatur. 4. Confirmantur pacta per stipulationem, V. C. Promittis 10. promitto. Unde & verborum obligatio dicitur. Hodie vero pacta confirmantur publico tabellionis instrumentis vel etiam simplici scriptura, propria manu promissoris subscripta aut obsignata. 5. Confirmantur pacta legis auxilio. Nam iure nouo C. de donatione simplici donatione actio conceditur ad rei ita promissae traditionem. Item ex simplici dotis promissione. 6. Confirmantur pacta iuramento, ut etiam civili iure actionem pariant.

Si pr

Si pactum simplex initium sit cum expressione
causae, in foro canonico actio ex illo institui potest,
quod attinet causas, quae vel ratione materiae vel per-
sonae ad tribunal Ecclesiasticum pertinent. V. C. Si
manu Titij scriptum reperiatur, vel testibus pro-
bari possit, aut Titius ipse fateatur, se tibi donatu-
rum 100. propter praestita obsequia, compellitur
tibi fidem seruare. Si verò nihil aliud coram Iudice
ostendi potest, quam simplex promissio, tunc
Titius excipere potest, se promississe quidem sed cum
causa seu conditione pendente in futurum. V. C. si i-
psi obsequia praestiteris, quae praestita tamen non-
dum fuerunt; eiusque contrarium probandi onus in
reactorem rejiciet.

Nam neque iure civili ex stipulatu actio concedi-
tur contra promissorem, nisi constet vel probata
fuerit causa promissionis sicut constat l. 2. §. circa
primam speciem. ff. de doli mali & morus exce-
ptione,

C A P. III.

Quid sit Contractus & quotuplex.

Contractus (idem quod pactum) aliud est gra-
tuitum, quod ex vna tantum paciscentium
parte obligat, V. C. promissio stipulara vel nude
acceptata secundum ius naturale vel canonicum,
sine reciproca obligatione, item donatio sim-
plex etiam sine traditione modò sola liberali vo-
luntate declarata sit, actionem parit. Huc per-
tinet acceptilatio, per quam debitum à credito-
re debitori gratis remittitur, & quasi acce-
ptum

Ii 2

prum

ptum habetur. Aliud est pactum reciprocum, sine onerosum, quod ex vtraque paciscentium parte obligationem parit.

2 Contractuum alij solo consensu proficiunt (emptio, venditio, locatio, &c. donatio ex iuris privilegio, hypotheca, sponsalia, matrimonium. Cuius primus enim emptor V. C. & venditor de merore precio conuenerunt ratus est contractus; ut actio de obligatione iure civili vtrinque oriatur) alij verbis (stipulatio & obligatio verborum) alij scriptura (instrumento, quod necessario requiritur ex iuris vtriusque dispositione & formam & substantiam alicuius contractus scripturam requirentis. V. C. ad donationem 500, solidos excedentem, ad emphyteusin Ecclesiasticam) alij re siue traditione, quod proprio suo nomine dationem vel factorem significat. Alias instrumentum conficitur ad perfectionem rei. Tales sunt mutatio, commodatio, depositum.

3 Iterum diuiditur contractus in nominatum (qualis est qui in nomine generali pactionis non stat, sed transit in proprium & specificum nomen contractus, ut emptio, venditio, locatio, conductio, locata, commodatum, depositum, mandatum, mutuum, pignus, hypotheca, i. e. feudum, emphyteusis, sponsalia, matrimonium (latè) donatio, gratuita stipulatio & acceptilatio) & in innominatum (qui proprio ac specifico nomine caret, V. C. do ut des, id est do tibi aurum, ut des argentum; do ut facias, id est do tibi pannum, ut colas mihi agrum. Facio ut facias, id est, colo tibi agrum, ut des mihi pannum. Facio ut facias, id est, colo tibi agrum, ut vehas mihi fumentum. His omnibus

bus contractibus commune est, quod per pœnitentiam recedere possit pars contrahens, etiamsi ex sua parte contractum impleuerit, si ex altera parte impletum non sit, V. C. dedi pecuniam tibi, vt Romam ires, iure ciuili reperere possum pecuniam, antequam iuisti, nisi tua interfit non reuocari, quia te ad iter parando, aliquid expendisti, aut lucrum omisisti, tunc enim vel indemnem seruare debeo. At verò in contractu nominato, sed qui ex sua parte impleuit agere debet, vt etiam pars altera impleat, nisi placeat contractum in mutuo consensu dissoluere.

Alij Contractus sunt bonæ fidei (sumptæ non vt opponitur dolo, sed vt idem sit quod benigna interpretatio, secundum æquum & bonum, qualia sunt emptio venditio, depositum, conductio negotiorum gestorum mandatum, & cæteri omnes, qui numerantur § actionum. Reliqui omnes, qui ibi non nomenclantur, sunt stricti iuris; vt plerique contractus innominati, item mutuum & census emphyteutis, gratuita stipulatio, donatio (vota & legata ad pias causas) iuxta l. 99. ff. de verb. obligat. Quicquid astringendæ obligationis est, id nisi palam verbis exprimat, omissum intelligendum est ac ferè semper secundum promissorem interpretamur.

NB. Principis donationem & beneficium si nemi præiudicet, laxissimè interpretandum esse, idque ob liberalitatem, quæ de principe præsumitur.

De Qualitatibus Contractuum.

1 **Q**uod purè & simpliciter promissum est, confirmari debet, iuxta Reg. 14. ff. de reg. iuris. in omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur, praesens die debetur: arbitrio prudentis. Deinde expectare plerumque potest debitor donec promissarius seu creditor exigat, si nullum solutioni tempus aut conditio appositae erat. Unde sponsus ad nuptias non obligatur, nisi alter petat. Si enim taceat, censetur esse contentus mora: modò tamen facile petere possit; secus si ob mortem reuerentialem aut ob desperationem obtinendi, aut per obliuionem petere omittat. Quod si verò promissio facta sit in diem certum, id solui non debet, secus si ob mortem reuerentialem, aut ob desperationem obtinendi, aut per obliuionem petere omittat. Quod si verò promissio facta sit in diem certum id solui non debet, antequam dies ille transactus sit, & potest debitor uti exceptione, si ante determinatum diem petatur solutio, quia adiectio diei in fauorem debitoris facta est, non stipulatoris: Sin verò anni quantitas, V. C. decem annui eleemosynae, vel alimentorum nomine promissi sint, videtur solutio facienda in principio anni, quia ita de legatis annuis decretum est, in l. 1. C. quando dies legati.

2 Si promissio facta est in diem incertum, censetur conditionalis, ideoque obligationem suspendit, V. C. Cum naues ex India appulerint dabo

tibi 1000. nam si non appulerint, non teneris. Quod si verò, certò constet diem futurum, licet incertum quando V.C. promitto, cum pater meus morietur, non dies causa obligationis suspendendæ appositus censetur, sed solutionis differendæ, quapropter tale legatum ad hæredes transmittitur, ita habetur, l. hæres meus, ff. de condit.

Conditio de præsentī vel præterito : V.C. pro-3
mitto me daturum, si pater meus vivit, si mater mea mortua est, si verum est, statim confirmat actionem & obligationem, sin falsa est, statim infirmat.

Conditio de futuro impossibilis secundum natu-4
tam, reddit contractum seu promissionem irritam, iuxta reg. 145. ff. *Impossibile nulla est obligatio.*

Conditio de futuro possibilis & honesta pro-5
missioni adiecta, eius obligationem suspendit & transit ad hæredes.

NB. Pactum conditionale, mortuo paciscente, ad hæredes transit, sed non legatum mortuo legatario. Ratio discriminis est, quia in contractu vel stipulatione interuenit factum stipulantis, seu contractantis, volentis, sibi, & hæredibus suis prospicere, in legato autem nullum factum legatarij interuenit.

Modus promissioni adiectus, puta promitto tibi 6
centum, vt Romam eas; licet eam non suspendat, tamen promissario vicissim obligationem affert, qua non impleta, interdum reuocari potest, quod sub tali modo datum est. Ratio, quia

Ii 7 dona-

donatio vel legatum sub modo suum esse substantiale habet absolutum, quodammodo independenter ab accessorio modo seu grauamine: Vnde sequitur, quod promissum, legatumue sub modo statim peti potest, etiam nondum impleto modo, quamuis legatarius latisdare debet.

- 7 Donatio facta Ecclesiae sub conditione suspendente, ea non impleta, corrui: sed donatio facta sub modo, eo non impleto reuocari non potest quia in dubio praesumitur donatio principaliter facta propter Deum, & pro remedio peccatorum. Quod si expressum fuit, vt, si modus non seruatur (V. C. si fundus Ecclesiae donatus, & alienus prohibitus alienetur) reuocetur facta donatio non nocebit tamen Ecclesiae, si solus Praelatus sine Consensu Capituli modum donationis transgesserit. Alia ratio est, si donatio facta fuerit sub conditione suspendente, eamque Praelatus, qui res Ecclesiae administrat, non adimpleat; corrui tunc donatio. Causa discriminis est, quia Praelatus Ecclesiae nocere potest in iure acquirendo, non acquiritur, atqui res donata sub conditione, ante eius euentum, non acquiritur donatario. Si donata sub modo statim acquiritur, antequam modus impleatur. V. C. Titius promisit Ecclesiae se annuatim in anniuersar: 100. aureos; sed postea Ecclesiae postea recusat conditionem implere promissor liberatus obligatione. Sin vero ius fundationis legato, aut donatione Titij acquisitum, cum modo & obligatione, vt anniuersarius dies celebretur; fundatio reuocari non potest, ob non imple-

impletum postea modum; sed agi debet ad eius impletionem, quia res semel Ecclesie acquisita sacra facta est, & in speciali dominio Christi constituta, id eoq; reuocari non potest. Et administrator Ecclesie obesse non potest in iure iam acquisito.

NB. Licet donator conditionem apposuerit, ut res alienari non possit, tamen non censetur prohibita in casu necessitatis.

Præterea promissio rei impossibilis secundum mores, ipso iure irrita est, iuxta reg 69. in 6. *In malis promissu fidem non expedit seruare.* Fieri enim non potest ut aliquis ex iustitiæ virtute obligetur ad id, quod vel nullo modo, vel saltem sine peccato præstari non potest. Ratio, quia impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Etiam cum iuramento, *non enim est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum.* reg. 68. in 6. Neque iuramentum potest esse vinculum iniquitatis c. quanto. de iuramento. V. C. Si iuratus promissisti puellæ aliquid daturum, ut turpiter agat, nulla obligatio oritur; & quod à puella ob eam causam nondum impletam, acceptum est, in foro conscientie restituendum.

Sed quod postea impleta fornicatione promissum vel sicario, retinere potest Puella, & sicarius iure exigere, quia periculum molestiæ, quod in tui gratiam susceptum, pretio æstimabile est: In externo autem foro talium sceleratorum hominum non admittuntur.

Pro eo quod iam ante ex iustitia acceptum pretium seu merces accipi non potest, v. c. si latroni aliquid dederis, ne te occidat, vel Iudici, iustum salarium habenti, ut iustam sententiam ferat. Ratio, quia iudex V. C. nullum accipiendi vel datum retinendi titulum

tulum siue ius habet. Non ex pacto gratuito, quia suppono, non esse tibi animum donandi, sed quam precium dandi, nec ex oneroso, onerosi enim pacti conditio est, ut utrimque obligationem pariet, unde illud, *Opera iustitia non possunt fieri venalia.*

NB. Iudex, Medicus, Professor, non habens sufficiens stipendium, potest exigere mercedem, item piscator, qui nauæ naufragio ex charitate succurrere debet, laboris sui precium omni iure exigere. Tamen licet Iudex Professor sufficiens salarium habent, tamen ratione extraordinarii labores possunt aliquid accipere. NB NB.

- 10 Iure naturali iudex non peccat unius causam tantum alios expediendo ex pacto oblato muneris, cum plures ad sint, qui æquitati iure gaudent, ut iudicis arbitrio posita sit, quem cui præponatur: quia in re aliis iniuriam non infert.

Judices alique officiales, licet frequenter peccent, munera accipientes Exod. 23. acceptum tamen dominium comparant, modo liberaliter oblata sint, & non ad iniustam vexationem redimendam. Esculenta & poculenta tamen moderata, quæ mera liberalitate offeruntur. NB. Teneatur tamen Iudex ad restitutionem, si aliquid ratione sigillatim accipiat contra consuetudinem permissam, & ius.

- 11 Pro opere, debito ex solo charitatis lege, si pretio æstimabile sit, precium exigere potest, si necessitate saltem validè. V.C. Si in grauiissima necessitate cum paupere (cui gratis succurrere debet) pactum reciprocum in eas, subsistit, cum enim sola charitate obligatus sis, paciscendo, suscipis nouam obligationem.

ligationem iustitiæ, quæ precio æstimabilis est. Sed precium pro baptismo accipere (quod opus religionis ex charitate præstare debes) est Simonia, si agatur quasi ex obligatione pro re temporali data vel promissa, secus si liberaliter aliquid donetur absque promissione.

Promissio facti alieni, nullam obligationem 12
parit.

CAP. V.

*De Contractibus ob Errorem, aut dolum
initis.*

Error circa rei substantiam (V.C. si emas vitrum pro gemma: si beneficium conferas Petro, quem putas esse Ioannem) omnem contractum naturali iure irritum reddit. Quia *Errantibus nullus est consensus.* l. 9. C. de Iuris & facti ignorantia. Sine consensu autem non consistit contractus, quippe à libera voluntate pendens.

Error circa obiecti qualitatem, licet dolo alterius contrahentis proueniat, si tamen concomitans tantum sit, non reddit contractum infirmum aut infirmandum.

Ratio, quia error iste non aufert consensum substantialem, ideo naturali iure contractum validum relinquit; & cum non existat causa contractus (qui dicitur error antecedens) ideo non est ratio, cur remoto errore, contractus infirmari debeat.

V. C. Si emi vinum Austriacum, persuasus esse

esse

esse Rhenanum, quod tamen emisisses, etsi non ignorasses. Interim verò decepto aduersus decipientem actio competit, vt soluat quanti interest, dolum adhibitum non fuisse.

Error circa obiecti qualitatem, non proueniens ex dolo contrahentis, etsi sit causa operis, non intulit contractum. Ratio, quia cum error non sit circa obiecti substantiam, permanet consensus substantialis, quo contractus perficitur. Vnde qui ex tali contractu rem aliquam à te consecutus est, non tenetur ad restitutionem, cum nullam tibi iniuriam intulerit. Si tamen à tertia persona deceptus fuisti, competit tibi aduersus eam actio de dolo.

Quod si intentio conditionalis sit, non aliter promittendi aut contrahendi, nisi existente tali circumstantia, tunc infirmatur contractus, V. C. dono tibi quia consanguineus meus es, quod si autem consanguinea non sit, & donasti, potes reuocare donationem, non autem, si aliter non voluisti dare elemosynam, nisi pauperi sancto; tu autem experiaris esse falsam. Nam in priori casu finis principaliter mouetur est obiecto intrinsecus & substantialis. In altero autem casu est finis tantum secundarius, obiecto accidentalis.

- 4 Defectus causæ principalis tribuit donatori repetendi, puta si alicui donatum sit in dotem propter nuptias, quæ postea non sequantur. Sumitur ex l. i. ff. de conditione, causa data, causa non secuta. Non item defectus causæ impulsivæ tantum V. C. si alicui absolute dones, vt tecum fornicetur, matrimonium inerat, &c. statim valet donatio, nec recitari potest, etsi voluntati tuæ non satisfiat. Tamen enim hæc fuerit causa impulsiva ad donandum, non tamen

tamen sub tali causa, tanquam virtuali conditione, donasti, sed simpliciter & absolutè.

NB. In dubio, qualis fuerit intentio donantis, contra accipientem præsumendum est, si rei possessionem mala fide nactus sit, ideoque ad restitutionem obligatur.

Contractus alii facilius dissoluuntur, V. C. gratuiti, donandi, mutuò dandi, votum simplex. Nam promissio gratuita desinit obligare, si, re adhuc integra, notabilis mutatio accidat. Cum enim talis promissio ex sola libera voluntate promittentis dependeat, ideo benignè interpretanda est, noluisse in omnem euentum obligare, sed rebus in eodem statu permanētibus. Difficile autem dissoluuntur contractus reciproci (emptio, venditio.) Ratio, quia hi contractus vim suam & mensuram obligandi non ex vnius tantum voluntate accipiant, sicut gratuiti: sed etiam ex alterius partis consensu. Nemo autem vendentium facile consentiet, v. c. ut si aliqua mutatio superueniat, venditio irrita sit. Excipe sponsalia, quæ magna animilibertate contrahi debent, ne infelices exitus consequantur. Denique omnium firmissimus est contractus matrimonii apud nos; ut ob nullum errorem, vel dolum qualitatis, quamuis causam dederit contrahendi, rescindi possit. Quia ita exigit tum institutio huius sacramenti, tum bonum proles ac Reipub. propagandæ, ut pro valore matrimonii præsumendum sit, nisi contrarium ostendatur.

Si error vel dolum dans causam contractus, promissio ab altera parte contrahente, non sine iniuria; tamen quidem contractus propter consensum abloquum, tamen rescindi potest. Prob. prius. Quia licet dolum & error circa qualitatem dans causam contractui,

tractui, facit inuoluntariū secundū quid, non tamen aufert voluntatē simpliciter, quādo relinquit cōsensum substantialē, qui proinde sufficiens est ad producendā obligationē cōtractus v. c. matrimonii. Intellege id, si cōsensus in rei substantiam sit absolutus; nam si actu aut virtute cōditionalis sit, & dependēs ab extrinseca causā, ea nō existēte, corrumpit omnis cōtractus. Porro: Contractus, qui sunt stricti iuris (v. c. qui per modū stipulationis cōcipiuntur) iure civili validi sunt, actionemque pariunt. Ergo signū est, naturalem obligationē in cōtractus substantia permanere; quia namquā civilis actio conceditur, vbi nulla naturalis fundamentalis obligatio subest. Posterius probatur, quod dolo alterū inducens, iniustū ei damnū infert; quādo obrē ad restitutionem obligatur, si deceptus velint eadem ratio est de metu iniustē incusso.

NB. Sponsus tenetur indicare sponsae graues defectus suos, v. c. leprae, morbi gallici; quia alioquin grauis iniuria inferetur sponsae; sicut si quis metum, dissimilato occulto pernicioso vicio vendat, v. c. ligna cariosa, quae aedificio, ad quod emuntur, certam ruinam allatura sint.

C A P. VI.

De Contractibus ob metum iniustis.

1. **P**romissiones & Contractus ex metu iniusti, profecti ab intrinseco, omni iure valent. v. c. si quis in matrim. ducere, aut religionē profiteri sponte cogatur, vt mortis tibi decretum supplicium effugias, ut si castitatem Deo voueas, vt naufragio libereris, vt metu excommunicationis contrahens matrimonium. Ratio, nam qui ob metum contrahit, is habet absolutum & simpliciter dictum consensum; Ergo obligatur, & metus iste omni iniuria caret.
2. **P**romissiones & cōtractus directē extorti per metum

tū graue, prouenientē ab extrinseco, licet valeant iure naturali, & ferme etiā iure positiuo; tamen pro arbitrio metū passi, rescindi possunt. iuxta sententiam Panormitani & aliorum, qui dicunt, quod *renūciatio beneficii per metū facta valet; licet peti possis; restitutio in integrum* (si ab infirmo in graui necessitate cōpulsio à medico ad venditionem celebrandam) *actione quod metus causa*. Et traditur in l. dolo. C. de inuti l. stipul. Si metu coactus adii hereditatem, puto me heredem effici, quia quamuis, si liberum esset, noluissem: tamen coactus volui. Sed per Prætozem restituendus sum, ut abstinendi mihi potestas tribuatur. Ratio assertionis est; quia doli mali & metus iniusti eadem ratio est, iuxta ea præced. assert. 4. n. 7. quandoquidem neuter tollit voluntarium simpliciter & absolute, sed vterque iniuriam continet.

NB In foro conscientie non obligatur ad restitutionē aut rescissionē contractus, qui bona fide contractum metu passo, priusquam is actionem intenter, que ex iuris positivi beneficio ipsi cōpetit: ea autem actione intentata, in ext. rno foro contra quemuis repper metum grauem alienatæ possessorem à Iudice restituendus erit, quia res metu iniusto extorta, veluti vitio quodam affecta ad alteram personam transferri censetur.

NB. Reg. 15. ff. iur. et gloss. *Qui actionem habent ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur*. Et l. nemo, ff. de in integr. restit. Nemo videtur re exclusus, quem Prætor in integrum se restitutum pollicetur. Matrimonium & sponsalia iuxta Rodriq. 3
 per consequens religionis professio & votum positendi, vel ingrediendi Religionem, per metum grauem infirmantur positivi iuris constitutione. Probat. de Matrimon. Nam qui metu directè

directè incusso repellitur, is sæpè non habet animi
verè contrahendi, sed tantum ad redimendam ven-
tionem (qui autem errore accidentali ad contrahen-
dum inducitur, plerunquè habet substantialem con-
sensum.) Ne igitur valor matrimonii in dubium re-
uocari posset, expediebat certas de ea re leges ferre.
Prob. de sponsalib. Quia licet in iure Ecclesiastico ni-
hil statutum de sponsalibus irritandis, tum indirectè
per consequens dicuntur cassari, eo ipso quod ma-
trimonium tali metu celebratum, ipso iure irritum
pronunciatur, siquidem fieri non potest, ut aliquis
p'omissione sua obligetur ad actum seu contractum
inualidum. Etiam vota simplicia per metum grauem
non infirmantur. Nam metu consensum absolutum
voluntarium non aufert, & adest internus animi
se obligandi. Deinde Iuramentum graui metu ex-
tortum, ob honorem diuini numinis seruandum est,
ergo & votum est non minus spectans ad reueren-
tiam Dei.

- 4 Quæ metu leui directè & iniustè incusso extorti
sunt, æquè in foro conscientiae & secundum legem
naturæ obnoxia sunt recessioni ac restitutioni
metu graui iniusto. Ratio, quia metus (vt principalis
causa contractus) iniuriam in se continet, ac vim di-
rectè intentatam, ad extorquendum contrahendi
consensum, secundum quid inuoluntarium. Quia
verò in externo foro leuem metum passo non datur
actio, id fit ad vitandam multitudinem litium. Alia
ratio est de metus leuis causa impediente Religio-
nem, vbi nulla dissolutio locum habet, nam ius poli-
tum, solum loquitur de metu graui.

NB. Metus qui dicitur reuerentialis, si efficiat con-
sensum secundum quid, seu inuoluntarium mixtum
(id est

(id est, si idem aliquis consentiat in rem aliquam, à quo eius voluntas alioquin (seposito metu) abhorret, quia nimirum voluntati, precibus Domini, prælati, parentis, Tutoris, &c. contradicere non audet) sufficientem causam præbet in conscientia foro, aut iudicis implorato officio, rescindendi acta, vel contractus, qui solubiles sunt. V. C. Si Caia sponsalia cum Titio celebret, quia ob naturalem verecundiam Patri, tutori, aut Titio non audet contradicere, eo casu resilire potest. Si creditor desperans integrum debitum suum propter debitoris iniquitatem, se consecuturum esse, partem ei debiti remittat, debitor in conscientia non est tutus. Ratio, quia is metus reuerentialis semper iniuriam continet.

Idemque sentiendum de importunitate precum, molestando, si efficiant inuoluntarium mixtum voluntario.

NB. Donationes & hæreditas extorta importunitate precum, obligant ad restitutionem ante iudicis sententiam, si præsumi possit, voluntatem dantis fuisse, ut res data accipientis fieret. Talis enim consensus sufficit ad domini translationem.

NB. Qui precum importunitate molestans, puellam ad stuprum traxerit, tenetur ad damnum reparandum, Qui etiam alterum per iniuriam ad videndum coegit, tenetur ad restitutionem utriusque, quia per iniuriam causa iniusta exitit securi damni.

NB. Par conditio utriusque ludentis debet esse, iniuria autem collit inæqualitatem.

CAP. VII.

*Si res post Contractum pereat, vel deterior fiat,
cuius damno id accidat?*

1 **C**ontractuum alii instituuntur in gratiam tantum contrahentium; vel dantis V. C. in deposito, si nulla merces interueniat; vel accipientis, est, in donatione, commodato, precario. Alii instituuntur in gratiam vtriusque, vt venditio, locatio, societas, dos, pignus.

2 Refert, vtrum res, quæ in contractum venit, pereat, culpa, an dolo.

Culpa alia est crassa, alia leuis, alia leuissima. C. si librum tibi commodatum, in publico foro inlinguas, & inde tibi auferatur, censeberis amitte per culpam crassam. Si verò in conclau domus ostio non clauso, per culpam leuem Si vero in conclau clauso, sed non obserato per leuissimam.

NB. Sermonem hic non esse de culpa Theologica (quæ peccatum contra legem DEI) sed de culpa ciuili, quæ peccatum contra artem, industriam; sæpe inuoluntarium, & coram Deo excusatum. V. C. si ex peccati obliuione, librum tibi commodatum, in foro reliquisti, culpam civilem commisisti, etsi coram Deo nihil peccaueris, sed vt obligeris ex culpa ciuili, necesse est, te rere causam fuisse illati damni. Præterea frequenter hoc est, vt secundum iuris ciuilis præsumptionem aliquid culpa euenisse dicatur, cum tamen fieri potuerit, vt omnis culpa etiam ciuilis abesse, V. C. si quid furto ablatum fuit, à socio præstandum fore, quippe qui custodiam diligentem adhibere debet.

debebat. Quis autem neget, vt socius diligentem curam adhibeat, & tum callidus fur rem auferat, quæ casu præsumptio cedere debet veritati. Dolus est fallacia, machinatio ad fallendum adhibita ad alterum decipiendum.

Si res certa siue in specie debita, puta hic equus, hæc ovis, casu pereat, creditoris damnum est. Excipe, nisi i. aliter conuentum sit, vt V.C. commodarius etiam fortuitum casum præstare debeat. Nam *contractus legem ex conuentione accipiunt.* l. 1. §. si conuenit. ff. depositi. Secundo; Nisi debitor in mora fuerit soluendi, ideoque res perit, ipse damnum præstare cogitur. Nam *mora sua culpabilis cuiuslibet nocet.* reg. 25. in 6. Adde, tamen si pena conuentionalis adiecta fuerit, nisi ad tempus præfixum solueretur, liberari debitorem a pena, si culpa caruit, deinde exceptio intelligi debet, dummodo ob moram debitoris damnum euenerit, secus si nihilominus evenisset, V.C. equus commodatus periisset, tamen si statuto tempore remissus fuisset, tunc in conscientiarum foro, nulla debet fieri restitutio. Quia æquum non est, vt creditor cum aliena iactura lucretur.

NB. Regula illa; *Si res casu pereat, domino suo perit.* l. pignus. ff. de pignorat. actione. in iis tantum contractibus locum habet, quibus rei dominium non transfertur, id est, in deposito, commodato, pignore.

Si res incerta & in determinata in aliquo genere debeat, etsi vnum vel alterum eius generis casu pereat, non ideo liberatur debitor, quia *genus perire non potest* arg. l. incendium. C. si certum

Kk 3 peto

peratur. V.C. si equum aliquem dare debeas, licet plures tibi pereant, non tamen liberaris, quia potes alium dare, ita etiam se res habet in mutuo.

5 Coroll Si mutuatarius, aut venditor census pecuniam debitam per fidelem nuncium creditori transmittat, ut se ille in via spoliatur, aut fugiat, debitoris detrimentum est.

Si contractus institutus fuit in gratiam solius accipientis, V. C. commodatarii gratis omnem culpam etiam leuissimam praestare debet commodatarius. Quod si in gratiam solius dantis, V. C. depositarii, solus dolus non item culpa civilis praestari debet. Gratis dico: si enim depositario, V. C. modice datur, culpam etiam leuem praestare debet. Si denique contractus instituitur in gratiam, veriusque culpa eius praestari debet V. C. in empt. vendit. locat. &c.

6 Confessarius obligatur ex culpa lata, vel dolose pote iniuriis & causa damni) sed magis peccati, quam reus personae. Quod si per ignorantiam crassam Confessarius scienter dicat debitori restitutionem faciendam non esse, tunc in illius defectum obligatur; cum positivè concurrat ad damnum iniustum. Sin verò negativè se habeat, solumque immittat imperare restitutionem, tunc non peccat contra iustitiam, sed solum contra charitatem. In quibus hoc discrimen est inter causas positivas concurrentes, ad damnum iniustum mandando, &c. & concurrentes negativè tantum; quod illae per se solum voluntarium & efficacem concursum sunt causae morales damni: negativae autem non ob solam voluntariam taciturnitatem censentur esse causa damni; sed requiritur, ut ex iustitia obligat

sint ad significandum, impediendum; vt dixi tract.
l.c. n. 7 & 8.

Si in domo commodatarii, depositarii, &c. incendio ortum fuerit, iuste agunt, si quæ præciosiores sunt, seu propria seu aliena eripienda, ræferant. Sin verò aliena propriis præferendo iacturam passus sit depositarius vel conductor, compensationem damni exigere potest (nam vtiliter domini negotium gesserunt. Nulli autem officium suum damnosum esse debet). Non ita verò commodatarius. Ratio; quia quisque vir prudens ac diligens, quæ præciosiora sunt, anteponebat minus præciosis. Commodatarius autem secundum naturam huius contractus tacite se obligat ad exactam rei custodiam, qualem quisque prudentissimus paterfamilias suis rebus adhibet. Alias Commodatarius præciosam propriam eripiendo, deferendo aliena vilia, restituere nihil tenetur.

CAP. VIII.

Utrum filiusfamilias contractus instituire possit?

Filiusfamilias (Filius & filia, item nepotes & neptes, quamdiu sub patris vel aui potestate consistunt, licet maiores natu viginti quinque ann.) habent quadruplex peculium, Castrense, (quod ex occasione militiæ acceperunt spolia, donationes, item bona mobilia data à parentibus filiis in militiam proficiscentibus.

Secundum est quasi Castrense, (est quod ex publico officio Doctoris, Medici, Aduocati acquiruntur,

tur, quod à Principe vel Augusta donatur, Bonâ Clericorum ex beneficio acquisita.) Tertium, Aduentitia, quæ præter castrensia & quasi castrensia, filio obveniunt, non à patre, neque intuitu patris, sed vel ex propria industria, vel liberali alicuius donatione, legato matris, vel aui materni hæreditate.) In Profectitia, (quæ cum nec castrensia, nec quasi castrensia sunt; vel ex bonis patris profecta, vel patris intuitu filio familias donata sunt.) Inter hæc discrimen, quod filius familias plenum dominium & administrationem castrensiũ & quasi castrensiũ habeat.

Aduentitiorum autem pater vsufructum, filii proprietatem. Immobilia bona filii pater non potest alienare ante iudicis decretum, facillè tamen propter affectionem patris erga filium in necessitate permittitur. Adde, quod filius, ne consentiens quidem patre, de aduentitiis testari potest, præterquam ad pias causas, quamquam cum patris consensu mortis causa donare non prohibetur, etiam ad causas prophanas.

2 Licet per filii Clericatum, item per professionem seu filii seu patris in Religione soluat patris potestas, tamen aduentitia manent in prioribus statu penes patrem, vel eo proficiente penes monasterium.

3 Certi casus sunt, quibus aduentitiorum bonorum vsufructus non ad patrem, sed ad filium spectat; Si vsufructus eorum filio à patre remissus sit; Si pater vna cum filio succedit in hæreditate fratris, si pater sine causa iusta | diuortium instituit si filius hæreditatem adiit; legatum vel donum accepit patre contradicente: si vsufructus natus

Filio donatur. Profecticia bona pleno iure ad patrem spectant.

Filius familias impubes; ne patre quidem auctore, villo ex contractu civili obligatur: naturaliter tamen obligatur, si pubertati proximus sit. Porro et pupillus auctore tutore etiam civiliter obligatur: non item filius impubes, auctore patre. Ratio est, quia pupillus tutorem sibi obligatum habet, si male auctoritatem præstet, non item filius patrem.

Filius familias pubes, ex omni contractu, etiam sine patris auctoritate, tam civiliter quam naturaliter obligatur. iuxta l. 3. ff. de act. & obligat. *Filius familias ex omnibus causis tanquam pater familias obligatur: Et ob id agi cum eo tanquam cum patre familias potest.* Quia patria potestas instituta est ad personæ correctionem; non ad bonorum eius curam. Excipe, nisi contractus cedat in præiudicium patris.

NB. Pater non tenetur alere filium propria bona aduentitia, vel castrensia habentem. Quod si vir uxorem alar, ante datam dorem, non potest repetere alimenta, quippe quæ affectu maritali condonasse præsumitur.

NB. Quod si filius opificis, V. C. operam suam patri præstet, nullo seu expresse, seu tacite petito salario, quod censeatur id patri remittere, pietatis & gratitudinis causa: ut si postea à patre, eoque mortuo, à fratribus repetere velit, audiendus non est.


Lucra filius familias quæ ex artificio eius proveniunt, inter aduentitia bona numerantur, quæ proinde post mortem patris præcipua habere debet. Ea propter filius operam patri suo locare, ab eoque salarium exigere iure potest, deductis tamen expensis,

Kk 4 quas

quas pater eo alendo facit. Lucra autem filii ex bonis paternis, cauponis, mercatoris, inter bona profectitia numerantur, eo quod filius, dum in domo patris degit, tanquam ad obsequiales operas obligatus est. Contraria tamen sententia est. Probatur enim, quod propter nullum salarium filio pro labore mercedis aut cauponis velit dare, nec ille propter meritum reuerentialem audeat petere, quod possit dum furripere tantum.

7 Pater prohibere non potest, quominus filius familiaris ex domo paterna discedat, artis discenda causa. Ratio. Nam alioquin homo liber seruilis conditionis efficietur, si à patre in domo paterna, veluti carcere quodam, perpetuo detineri posset, nisi inopia patris aliud possideret.

8 Patria potestas in filium septem modis tollitur. 1. Per mortem naturalem patris. 2. Per eius mortem civilem. 3. Per lapsum Patris in haereticam. 4. Per emancipationem filii coram Iudice factam, adde per coniugium. 5. Per electionem filii ad patritiam dignitatem. 6. Per electionem filii in Episcopum, Cardinalem, statum religiosum. 7. Per adoptionem filii, factam ab auo paterno, aut materno. Denique si ab hostibus pater captus sit, postmodum det ius filiorum. Nam rediens ex captiuitate, postliminio recuperat pristina iura erga liberos.



C A P. IX.

*Utrum pupillus, & minor XXV. annis con-
trahere possint?*

Pupillus (puer vel puella impubes) postquam ex ¹
patris potestate excessit, tutorem accipere cogi-
tur, cuius officium ut tueatur personam pupilli, ho-
neste & pie eum educet, instruat, eius bona admini-
stret instar patrisfam. Impuberes masculi sunt, usque
ad 14. completum; puellæ ad 12.

Tutor ad tempus pubertatis datur, Curator au- ²
tem pueris ac puellis puberibus datur ad annos 25.
Tutor etiam impuberi inuito datur, sed curator pu-
beri non datur, si inuitus sit: suscepto autem cura-
tore, tenetur esse sub illo usque ad 25. annos.

Deinde minor natus in Iudicio, seu ut Actor, seu NB.
Reus sine tutore, aut curatore non admittitur, nisi NB.
in causis spiritualibus, matrimonio, beneficio. Deni-
que furiosus prodigus, surdis, mutis, & qui perpetuo
morbo laborant, quia rebus suis præesse non pos-
sunt, Curatores dandi sunt.

Tutor & Curator debent operam dare, ut ex bo-
nis immobilibus fructus proueniant, pecunia quo-
que in annuos redditus conuertatur: alioquin resti-
tuere cogentur. Salarium tutor accipere non potest si-
ne Iudicis auctoritate.

Triplex est tutela; Testamentaria, legitima, & da- ³
ma. Qui in testamento à Patre tutores dati sunt, ij
aliquis præferuntur. Mater filijs tutorem dare non
potest, nisi eos supra legitimam hæredes instituat, &
inquiri & confirmari debent à Iudice idonei. Libe-
ri uero illegitimus pater tutorem dare non potest, si
nihil omnino eis relinquat.

Kk 5 NB. Ho-

NB. Hodierno tempore omnes æquali iure, omnes tam agnati, i. e. per virilis sexus cognationem coniuncti, quam cognati, si idonei sunt, ad efferendi sunt tutores, si nulli alij sint assignati tutores.

Porro iure nouo Cod. Quando Mulier &c. Matri & auia paternæ, ad omnes agnatos aut cognatos ius tutelæ permittitur, si recipere velit. Repellitur tamen primò: Si ad secundas nuptias transeat, vix uxore facies. Secundò; Si luxuriosam vitam ducat, ob eademque causas matri negari potest educatio pupilli, quæ alioquin ei ante alios debetur. Denique si neque testamento tutor datus sit, nec legitimus cognatus aliquis idoneus adsit, à Iudice pupillo tutor dandus est.

Tutores & Curatores etiam inuiti esse coguntur quia est vnum ex publicis muneribus, à quibuslet neminem immunem esse vult, nisi iusta ex causa quæ apud Magistratum onus tutelæ declinet.

4 Clerici cogi non possunt ad suscipiendam tutelam, nisi personarum miserabilium, deinde si Clerici velint legitimam tutelam tanquam proximi agnati suscipere, non prohibentur. Verum à Religiosis, vtpote administrationem temporalem nullam habentibus, omnino alienum est tutelæ munus.

5 Pupillus aut Minor contrahens cum confessoris Tutoris aut Curatoris sui, tam civiliter quam naturaliter obligatur. Intellige pubertati proximus pupillus; ita vt rationis discretionem, quæ ad Contractum naturali, ac gentium iure sufficit, quod secundum iuris præsumptionem accipitur in masculo, post annos 10½. in femella post 9½.

Ante eam verò ætatem solus tutor contractum celebrare debet ipsemet verò pupillus ex proprio consensu non obligatur. Deinde excipienda est alienatio bonorum immobilium, & preciosorum mobilium, quæ servandi servari debent. Hæc enim pupillis & adolescentibus etiam curatoris auctoritate interueniente interdicta est, nisi Iudicis decretum accedat.

Pubes, qui Curatorem non habet, etiam si minor sit 25. ann. obligatur tam ciuilitè quàm naturaliter, potest tamen petere restitutionem in integrum, si ex contractu læsus sit. Sed intelligi debet de alienatione bonorum videlicet mobilium, quam cum curatoris consensu facere potest, vt ipsi etiam talis alienandi facultas concessa sit, si Curatorem non habeat.

NB. Quod si pubes & minor 25. ann. curatorem habet, sine eius auctoritate non obligatur ex contractu ciuilitè, alterum tamen ætate maiorem cum quo contrahit, ciuilitè etiam ex contractu obligat. V. C. Celebrato emptionis contractu, licet venditor pupillum, qui sine tutoris consensu emit, in iurum compellere non possit ad precium numerandum, ipse tamen pupillus, si contractum stare velit, ciuili actione cogere potest venditorem ad tradendam sibi mercem pro constituto precio. Vnde glossa; *Contractus claudicat quandoque*, id est, ex parte pupilli. Ita enim habetur in l. Iulianus. *Si quis à pupillo sine tutoris auctoritate emerit, ex vno latere constat contractus; nam qui emit, obligatus est pupillo, pupillus sibi non obligat.* Limita 1. Pupillus tamen obligatur in tali contractu, quatenus inde locupletior factus.

Nam

Nam *Locupletari* non debet cum alterius iactura, reg. 48. in 6. V. C. Si venditor pupillo mercem tradidit, non accepto precio, repetet mercedem suam; si vero mea missa, vel absque dolo absumpserit, non plus in civili foro solvere compellitur pupillus, quam exinde ditior factus est, eadem ratio est de mutuo pupillo minori dato. 2. Si res tradita pupillo dolo eius petijt, datur contra eum actio civilis, qua solvere compellitur, si tamen infantiae proximus sit, dolo in eo non praesumitur. 3. Minor Religio-nem professurus omnia sua bona absque tutoris auctoritate alienare potest sine beneficio restitutionis in integrum; censetur enim mori. 4. Si minor contractum absque curatoris auctoritate celebratum iuramento firmavit, civili etiam foro obligatus est. Pupillus autem non obligatur civiliter ex iuramento.

- 7 Obligatur tamen pupillus sine tutoris auctoritate obligatione naturali, id est, in foro conscientiae, quae sufficiens sit ad transferendum dominium. Ratio, quia obligatio naturalis oritur ex consensu; Sed pupillus, si pubertati proximus & minor sufficientem consensum habent. Ergo.
- 8 Quod si pupillus infantiae proximus sit, tunc neque naturaliter obligabitur, vix enim talis habet intellectum, & non multum à furioso distat, ideo in civilia eius contractui resistunt, omnemque obligationem tollunt, etiamsi contrahat cum tutore.
- 9 Obligationis naturalis Effectus sunt, 1. Ex praesens, quod creditori ius tribuat accipiendi accipienda, si quod naturaliter ius si debitum est, nulla opposita exceptione solvatur. 2. In obligatione naturali accedere potest fideiussor. 3. Naturalis obligatio

gatio impedit soluti debiti repetitionem. 4. Naturalis obligatio licet in foro externo actionem non tribuat, tribuit tamen ius exceptionis & compensationis.

Quod Pupillus vel minor 25. an. Curatorem habens, ludendo perdidit, soluere non tenetur, nisi iuravit, sed exceptione se defendere potest beneficio legis civilis: Sin autem solvatur, ab altero retineri potest donec repetatur: Ratio prioris, quia tamen si solvisset, repetere posset, seu conditione indebiti, seu in integrum restitutione: *Qui autem ad agendam admittitur, est multo magis ad excipiendum admittendus.* reg. 71. in 6 Posterior probatur, quia pupillus & minor Curatorem habens, saltem naturaliter obligantur: at vero legis civilis beneficium illis non prodest, si eo non utantur, siue quia uti nolunt, siue quia ignorant.

Si pupillus vel minor, quod indebitè solvit, alibi recuperare non potest, per compensationem aliquam prospicere tibi poterit Ratio est, quia alter iniuriam infert non restituendo, si repetatur.

C A P. X.

De alienatione bonorum Ecclesiasticorum.

Bona Ecclesiastica immobilia & mobilia preciosa, quæ servando servari possunt absque iusta causa certa que solemnitate alienari prohibentur; Etiam Feudum, emphyteusis, & locatio in longum tempus contractus censualis, perpetui ac vitalicij census; quia iura & redditus annui inter bona immobilia numerantur, quorum alienatio Ecclesijs ac minoribus prohibita est.

NB.

NB. Tamen in Germaniæ quibusdam locis res p^{er}ptuni, vt reditus redimibiles, etiam super immobilia bona constituti, inter bona mobilia numerantur.

2. Nomine alienationis prohibita intelligi pignoris vel hypothecæ specialis constitutio.

NB. Iura & Actiones eodem discrimine censentur, quo res ipsæ, ad quas tendunt, vt si sint rerum immobilium vel mobilium preciosarum alienari nequeant: Sin verò alienarum rerum mobilium, V.C. debita pecuniaria absque solemnitate vendi possunt.

3. Causæ iustæ, ob quas bonorum Ecclesiasticorum alienatio fieri potest sunt. 1. Necessitas (debita urgentia, quæ alia ratione solui non possunt.) 2. Utilitas (puta, vt res alia vtilior Ecclesiæ comparatur.) 3. Pietas (puta pro redemptione captiuorum, vel alia gratui pauperum necessitate subleuanda: Vnde etiam licet vasa frangere, & precium erogare concessum est.) 4. Incommoditas (puta, si res alienanda plus incommoditatis, quam commoditatis Ecclesiæ afferat, quæ V.C. multum distat.)

4. Solemnitas ad alienationem requisita in his consistit, vt præcedat tractatus cum capitulo, vt accedat consensus Capituli, maioris partis Auctoritas etiam tacita Prælati, quæ Ecclesiæ præest, Episcopi & Abbatis exempti (non Decani subiecti Episcopo)

NB. Si Ecclesiastica alienatio facta sit contra iuris terminum, tunc ipse etiam prælatus rem à se male alienatam potest repetere, allegans propriam turpitudinem. Ratio, quia licet ordinariè non liceat con-

trauenire factio proprio, & allegare propriam turpitudinem. Excipitur tamen nisi id fiat ob causam necessariam ad animæ salutem, vel nomine Ecclesiæ aut Reipublicæ.

Beneficiarius præd a Ecclesiastica, quorum reditus 5 in propriam utilitatem percipit, ad tempus longum, sed non ultra vitam suam, loca e potest, non adhibito consensu superioris. Superior autē obesse V. C. aut parochus moriatur ad 10 ann. & non ad 20, sicut in Wedbach factum.

Prælati Ecclesiæ sine consensu capituli, Ecclesiæ 6 præiudicare non potest in iuribus quæsiis, sed in acquirendis. Nam aliud est nocere, aliud vero est non prodesse. arg. l. si sponsus §. si maritus hæres. Quapropter Prælati vane repudiat donationem Ecclesiæ suæ oblatam. Tamen his casibus Prælati Ecclesiæ obligati manet, si officio suo malè functus, quia Prælati habet se ad Ecclesiam tanquam tutor seu Curator.

NB. Monachus monasterio prodesse potest, non tamen obesse in iure quæsiis, puta si rem sibi testamento legatam absque prælati sui licentia acceptet, licet peccet, tamen valet acceptatio; repudiatio tamen sine consensu non valet. At verò in iure quærendo etiam obesse potest, videlicet si donationem sibi faciendam respuat.

Præterea licet Prælati sine consensu Capituli obesse non possit alienando res Ecclesiasticas, potest tamen obesse in iudicialibus, si sententia contra Ecclesiam sententiam: item sine dolo res Ecclesiæ ab altero vsucapi, tamen in his ad 4. ann. restitutio in integrum conceditur.

Non satis constat, vtrum Prælati sine consensu

7
sensu

sensu Capituli renunciare possit hereditati vel legatis rei immobilis, aut mobilis preciosa. Qui affirmant ex communi probabiliore sententia, assensum debere tamen peti restitutionem in integrum ab Ecclesia ratione lucri cessantis propter negligentiam & malam administrationem Prælati.

- 8 Quædam licet validè alienari non possint, tamen vsu capi possunt in rebus Ecclesiæ: alias si alienatio simpliciter prohibita favore ipsius rei, tunc etiam vsu capio impeditur: qua ratione dum fundus dotalis sub mariti administratione est, & vxor agere prohibetur, vsu capio inchoari non potest.
- 9 Iuramentum non alienandi duobus modis contrahi potest; vel simpliciter non alienatum, vel non inconsulto Papa. Primo modo intelligitur iuramentum de alienatione illicita, ut perinde sit, ac si prælati iurasset, se non alienaturum bona Ecclesiæ nisi iusta causa & præter iuris formam: secundo modo extenditur etiam ad alienationem alioquin licitam.
- 10 Prælati, qui iuravit se bona Ecclesiæ non alienaturum Papa inconsulto, prohibetur etiam locare ad tempus longum. Nam *iuramentum simpliciter prælati intelligi debet secundum materiam subiectam, & secundum iuris dispositionem* ait Syl. l.c. Atqui alienationis nomen in materia subiecta locationem quoque ad longum tempus comprehendit.
- 11 Papa non potest pro arbitrato & sine iusta causa res Ecclesiæ alienare, idque naturali ac iure diuino, eò quod bonorum Ecclesiæ non Dominus, sed summus administrator à Christo constitutus sit, non ad dissipandum, sed ad dispensandum.
- 12 Contra eos, qui illegitimè Ecclesiastica bona alienant, pœnæ canonice decretae sunt.

C A P. XI.

De in integrum restitutione Minorum, Ecclesie, &c.

NB. Restituere in integrum, est, reducere aliquem in eum statum, in quo se erat ante læsionem.

Nam Prætor hominibus in contractu læsis, naturali æquitate motus, cognitâ causâ subuenit, restituendo eos in integrum. Conceditur a. beneficium restitutionis in integrum, si nulla alia actio competere possit, nam si aliquis communi auxilio, & mero iure civili mutuas sit, non debet ei tribui extraordinarium. Prætoris auxilium. Nec si læsio modica sit: nam *minora non curat Prætor.*

Beneficium restitutionis in integrum competit minoribus. 25. ann. si ex contractu læsi sint. Ratio. L. 1. & C. de minoribus. *Cum inter omnes constet, fragile esse atq; infirmum huiusmodi aratum consilium, & multis cautionibus suppositum.* Excipe. 1. Si minor ante contractum veniam ætatis impetrauit, tanquam ætate maior reparatur, ideoque restitutionis beneficio priuatur. 2. Si maior factus, postea ratificet ea, quæ in minore ætate gesta sunt. Contractus alienationis à minore factus sine consensu Curatoris, ipso iure irritus est, & à iudice rescindendus, nec opus est beneficio restitutionis in integrum. Exempla restitutionis sunt. Si minor rem alicuius momenti etiam cum consensu tutoris aliqui donauit censetur læsus. Item si minor emendo rem iusto plus, quamuis infra dimidium precij iusti, aut vendendo rem minoris iusto, læsus fuit restituendus in integrum. 3. Si minor in iudicio læsus ob negligentiam Curatoris non

producentis probationes necessarias. Idem locutus
habet in Ecclesia.

- 2 Minor repudians hæreditatem sibi vtilem, aut
adiens hæreditatem minus lucrosam, itemque Eccle-
sia non tantum in damno emergente, sed etiam lu-
cro cessante restituitur.

NB. Ecclesia contra Ecclesiam, quippe pater-
priuilegiatam non restituitur, si ex tali restitutione
altera Ecclesia pariter aut magis lædenda sit.

Præterea beneficium à Minore repudiatum
collationem restitui potest, si in Ecclesia vtile videtur.

NB. Minor non restituitur, si dolo commissum
sunt, secus si per culpam. Nam malorum mores
mitas animi non excusat. Non censetur autem dolo
commissum, si ætate infans sit, aut proximus infan-
tiæ. Deinde si Minor crimen in iudicio confessus
fuerit, cum sola indicia, aut semiplena probatio
esset, aduersus propriam confessionem, veluti laicus
in integrum restitui debet.

- 3 Ecclesia, etiam loca pia, iure Minoris funguntur
restitutionis beneficio. Quod si personæ Ecclesiæ
cæ in proprijs bonis læsi, non competit eis restitu-
tionis beneficium, quia *cessat tunc communis fauor* Eccle-
siæ.
- 4 Quadriennium continuum (incipiendo à tem-
poris relationis apparentis) hodie conceditur ad peten-
dam restitutionem in integrum.

NB. In his causis etiam post 4 ann. tempus restitu-
tionis conceditur. Si læsio valde enormis sit, et si
in culpa ignorantia, aliudue iustum impedimen-
tum obstitit, quo minus intra Quadriennium restitu-
tio peteretur; quia legitimè impedito non currit
tempus iure definitum.

NB. Minor iuramentum contractum sponte firmans, non admittitur ad restitutionem. Si autem prælatus iuravit, tunc Ecclesiæ non præiudicat, quominus potest petere restitutio in integrum.


Respublicæ, Princeps, Academia, Communitates etiam minorum iure gaudent, ideoque auxilium restitutionis implorare possunt, etiam post quadriennium. Ratio, quia fauor publicus, quæ causa est restituendi communitatem, semper manet.

Etiam Maiores natu interdum restituuntur, id est si abfuerint in causa Reipub. tempore læsionis, vel si in vinculis, aut si aliquis enormiter læsus sit propter ignorantiam iuris valdè obscuri & duræ.

Adde quod Ordinarius ex officio suo Ecclesiæ grauius læsæ succurrere debeat, per restituit in integrum, etsi nemo petat. Quemadmodum & Iudex Minori grauius læso, idque ratione utilitatis publicæ: at verò restitutio natu maioris potius conceditur ad instantiam partis, quam ex officio Iudicis.

Rescisso contractu emptionis & venditionis, qui iusto precio celebratus erat, fructus interim percepti ad emptorem spectant, secus si contra-

NB. Si iusto precio non fuit celebratus. NB.



1 **P**ropositum (distinctum à promissione gratuita & donatione) dandi aliquid nullam parit obligationem.

Promissio gratuita addit proposito denunciam voluntatem, se gratis obligandi alteri, si ipsi acceptum sit, V. C. promitto me donaturum, mutuum rum.

Promissio (impropriè dicta) ex sola fidelitate obligat sub veniali, per accidens ratione damni futurales, si V. C. alicui promittas pecunias ei mutuum rum ad frumentum emendum, & postea dicitur non stes.

Propria verò dicta promissio est, cum in intentione promittentis est ex iustitia se obligare, ita ut acceptam promissionem acceptandi, ius & actio tanquam reè debitum promissum exigendi, saltem in foro conscientiae acquiratur. Oblig. sub mortali. Quae verò fuerit animus promittendi, debet colligi ex verbis promittentis & ex circumstantijs.

2 **D**onatio (quasi doni datio) vna verbalis est (V. C. do tibi equum) qui tamen absens est. Cuiusmodi donatio, licet rei donatae dominium non transferat, neque ita disponente, ut cum consensu etiam requiritur traditio rei) parit tamen obligationem & actionem personalem, etiam externo civili foro. Altera est donatio realis & perfecta, in qua res, quae donatur, etiam traditur, ut statim accipientis fiat.

Donatio alia est inter viuos; (cum is, qui donat, male uult habere illum, cui donat, quam se.) Altera verò est causa mortis; (cum quis habere se male uult, quam cum viuo donat.)

donat, quam heredem suum. l. i. ff. de mortis causa donationibus.)

Donatio mortis causa partim cum pactis conuenit, id est, secundum formam siue modum constitutionis suæ. Opus enim est, ut donatarius donationem mortis causa sibi factâ, acceptet vel per se, vel per alium. Si enim nemine acceptante, donatio causa mortis fiat in testamento, vel codicillo, censeretur legatum. Partim conuenit cum ultimis voluntatibus, secundum effectum. Nam in donationibus causa mortis, perinde ac in legato, locum habet Falcidia, item utrinque capacitas donantis & legantis tempore mortis consideratur. Adde quod eo ipso mortis tempore dominium rei donatæ sine vlla traditione donatario acquiri censeretur. Denique sicut omnis alia vltima voluntas, ita & donatio causa mortis ante donantis mortem omnino firma non est, quominus per donantis pœnitentiam, vel ob donatarij præuenientem mortem reuocari possit iuxta illud l. Senatus 35. in fine. l. 32. ff. eod. *Non videtur proficiat donatio mortis causa facta, antequam mors donatoris subsequatur.* Differt tamen mortis causa donatio à legato, quod legatum à testamento pendeat, tanquam accessorium à principali: quare infirmato testamento corrumpitur etiam legatum: stante autem testamento, legatum ab hærede præstandum est non ante, quam is hæreditatem adiit. Sed donatio causa mortis à testamento independens est, ipsa donantis morte perficitur, ad eod, ut si res mortis causa donata à donatore donatario tradita fuerat, eius dominium pene & irrevocabiliter ipsi tunc acquiratur, ut nulla ratione opus sit: cum ante mortem donantis acquiratum quidem ipsi dominium esset, quâvis reuocabile.

Ll 3 Alia

Alia tamen ratio est in donatione inter coniuges facta. Sin verò res causa mortis donata sit verbo tantum, sed non tradita : tunc donatio post mortem donantis actio in rem veluti domino competat, versus heredem.

NB. Ad donationem causa mortis requiruntur testes, perinde atque ad ultimas voluntates : quia in ea causa defuncti agitur, qui cum se ipsum detrahere non possit, facile esset dolos ac fraudes componere.

Porrò donatio inter viuos coniuges absolute facta, si sit tantum impulsua (V. C. si tali pacto fiat, donatio nunquam reuocari possit, causa moriens censi debet tantum impulsua) subsistere non potest, vt noster cognatus fecit, neque ex tali donatione Falcidia detrahenda.

§ In dubio potius præsumitur donationem factam inter viuos, quam causa mortis; tunc autem donatio censetur facta causa mortis, si donator mortis mentionem fecit in dispositione, adeò donatio dependeat à morte donantis.

NB. Donatarius etiam si nulli testes adhibuerit, est in conscientia si sciat defunctum animum donandi habuisse.

6 Vxor Eleemosynas aliasque donationes arbitrio suo facere non potest ex bonis dotalibus, aliorumque, quorum administratio ad maritum spectat. Excepit nisi maritus absens, prodigus, aut mente captus, in quo vt ad ipsam administrationem translata, & nisi necessitas postulet, vt fiant donationes remuneratæ, si maritus tam impudens & auarus sit, vt negligat.

Potest tamen simpliciter facere eleemosynas

paraphernis. Imò etiam inuito marito potest facere
 eleemosynas moderatas, spectata qualitate sui status,
 & callatæ dotis. Ratio, quia vxor non est ancilla mari-
 ti, sed socia & administrationis domesticæ parti-
 ceps, ac quasi compar, vt proinde maritus ea in re
 inuitus meritò esse non possit, quia tamen ma-
 rito vt capiti subiecta esse debet, ideò non po-
 test arbitrato suo superfluas eleemosynas face-
 re. NB.

Quod si maritus nimis prodigus sit in largiendo,
 vel magna profusio bonorum cedat in iniuriam vxo-
 ris, tunc maritus, eiusque hæredes vxori ad restitu-
 tionem obligantur.

Filiusfam. etiam ex bonis suis castensibus, etiam 7
 inuito patre, donare potest, cum plena eorum admi-
 nistratio ipsi competat: Non item ex bonis aduen-
 titijs, multò minus profectitijs. Nemo tamen tene-
 tur ad restitutionem, qui accepit talia à filio, nisi pa-
 ter repetat, quia rarò præsumendum est, patrem tam
 scelerum esse in filium, vt damni vsusfructus ex ad-
 uentitijs bonis sibi compensatione fieri postulet.
 Donationes verò ex bonis profectitijs omnino irri-
 tuæ sunt, studioso tamen ex 100. aureis à patre mis-
 si permittitur V. C. vt 5. in Eleemosynas expendas,
 aut ad honestam recreationem, etiam quo ad
 meretrices, eò quòd pater tunc inuitus non sit,
 quo ad rem insumptam, sed quo ad insumendi imo-
 dum.

Si magnus excessus commissus à filio in studijs,
 quoad prodigalitatem, tunc quæ filius in Academijs
 ludos insumpsit, mortuo patre in partem hæredi-
 tatis legitimam numeranda esse.

- 8 Minores natu donationes pro statu suo, & sumptus moderatos facere non prohibentur, quamvis curatores inuiti sint.
- 9 Religiosus donare non potest; nisi in extrema necessitate, nisi administrationem aliquam habeat, vel licentiam à Prælato. Prælati possunt, sed si excedat nimium, quoad consanguineos, inualida est donatio. Religiosi parochi possunt donare ex bonis parochialibus seu redditibus.
- 10 Si alicui personæ habenti administrationem bonorum, prohibitum sit donare, tali prohibitione non censetur prohibita donatio remuneratoria.
- 11 Donatio simplex Coniugi facta à coniuge, non statim firma & irrevocabilis est, sed morte donatoris confirmatur, tamen Falcidia detrahenda, & requiritur consensus Iudicis, si 500. solidos, siue 700. aut excedat. Excipe nisi in morte confirmet coniux, vel legatum sit, aut nisi intercedat venditio inter Coniuges.

Valida tamen est donatio inter Coniuges priusquam nuptiae celebrentur; quia Imperiales Contractus legis vim continent. Item valida est donatio inter coniuges, et qua donans non redditur pauperior; veluti si maritus prodigus, quod certò prodigere decreverit uxori donet, item valet donatio inter coniuges statim, quando donatarius non fit ditior, et si donans fiat pauperior, id est si donatio fiat ad reparationem ædium incendio absumptarum, vel causa honoris adipiscendi. Item, si vir uxori dotem remittat, vel si uxorem dotet, causa remunerationis, puta, quia iuencula seni nupsit, alioquin non est concessum, ut vir uxori dotem post nuptias constituat, quia hæc donatio confirmatur.

constitutio species donationis est. Vxor autem hæc potest facere; cum hæc non sit donatio mera, neque omnino domini translatiua. Denique quæuis donatio facta inter Coniuges firmatur iuramento.

Donatio simplex facta filiofam. à patre sub potestate eius, ante mortem reuocari potest; tradita tamen à patre & nunquam reuocata, morte patris confirmabitur. Dixi autem simpliciter: Nam quæ ob causam fit, puta in beneficii remunerationem, ad nuptias, in dotem, ad militiam, ad sacros ordines, statim valet, etiam statim valet donatio patris iuramento firmata, vel si detur vsusfructus filio ex bonis aduentitijs; item valet statim donatio facta filio emancipato, etiam ea quæ liberis fit à matre, aut auo materno.

Donatio à patre facta filio emancipato, item donatio filio sub potestate facta ob causam post mortem patris conferenda est, nisi donans expresserit, velle se, vt filius hanc partem præcipuam haberet, tamen sine diminutione legitime alijs liberis debita, idem iudicium esse debet de donatione facta filiis vel nepotibus ad Religionis ingressum; vel in patrimonij titulum ad sacros ordines suscipiendos. Simplex tamen donatio facta liberis in potestate patris constitutis, post mortem patris non est conferenda; quia censetur, vt præcipuum à patre filio relictum.

Quæ pater filio donauit ad militiam, ad studia, ad decentem sustentationem, vel beneficii remunerationem, ea conferenda non sunt, etiam quæ pater ad conuiuium Doctorale largitus est, ad primitias, ad comparandum beneficium. Ratio, quia hæc omnia pertinent aliquo modo ad decentem sustentationem & alimenta, quæ pater filio debet, & vni filiorum

Ll 5 copiosius

copiosius alteri. Quod si pater expressit, ut, quæ filio propria bona non habenti, v. c. causa studio rum transmissit, in cumulum hæreditatis conferrentur, vel in portione legitima numerarentur, deducenda nihilominus erunt necessaria alimenta, quæ ipsi etiam in domo paterna degenti, naturali iure debent sunt.

NB. Pater filium propria sufficientia bona habentem alere non cogitur.

15. Donatio facta ultra solidos 500. aurei, Cæsareo iure non subsistit, solum quo ad excessum: nam utile non debet per inutile vitari, quando utile ab inutili separari potest. iuxta l. sancimus. Ratio constitutionis est, quia non expedit Reipublicæ civis facultate donandi ad paupertatem redigatur. Excipe, si donatio fiat ad causas pias; quales res civiles Ecclesiasticis causis nullum præiudicium adferri possunt. Similiter valet donatio facta à Principe, vel Principi à privato, item donatio facta militibus à belli Duce ex spoliis; item donatio, quæ fit ob causam ad militiam, ad nuptias; item donatio remuneratoria beneficiorum; ad probandam hanc, necesse est, ut in instrumento donationis speciatim exprimat præstitum obsequium, aut meritum, tali remuneratione dignum; item valet donatio ultra 500. solidos facta filio in remissionem usufructus ex bonis adventitiis.

NB. Tamen donationem ultra 500. solidos in foro conscientia valere, donec à donatore reuocetur, aut per iudicis sententiam.

16. Donatio omnium bonorum tum præsentium, tum futurorum irrita est, (quia liberam testandi facultatem

cultatem auferret, quod iure civili indecens est, & Reipubl. perniciosum existimatur) quare si hæc ratio cesseret, donatio valebit, veluti si omnium bonorum donationem facias, reseruata tibi facultate donationem reuocandi. Omnium tamen bonorum donatio facta Ecclesiæ, vel pauperibus consistit iuxta Matth. 19. Nam ius civile pietatis officia impedire & restringere non potest. Item donatio omnium bonorum iuramento firmata, valida est, ratio; quia omnium bonorum donatio in se spectata peccatum non est, alioquin ab Ecclesia non acceptaretur. Ergo poterit iuramento firmari.

Donatio legitimè perfecta, ob magnam donatarii ingratitude[m] reuocari potest, V. C. Si manus impias in donatorem inferat; si atrocem contumeliam in eum effundat; si vitæ eius insidietur; si donatarius magna inopia pressum donatorem subleuare nolit.

Porro donatio nihilominus ob illas causas reuocari poterit, licet iuramento confirmata sit. Nam iuramentum sortitur conditionem actus, cui adiungitur. Donatio autem ex iuris dispositione hanc tacitam conditionem habet, nisi donatarius ingratus fuerit, vel nisi donatori liberis orbato, proles postea nascatur. Estque hoc ius reuocandi donationem personale, neque transit ad hæredes, sed nec ab ipso donatore contra hæredes donatarii ingrati actio moueri potest, cum sit vna ex iis, quæ ex delicto descendunt, atque ad hæredes delinquentis non transeunt, nisi lis cum delincente contestata fuerit. Nec feudum filio esse auferendum ob ingratitude[m] patris, si patri quæstio mota non fuit. adiunt Glossæ.

Donatio

NB. Donationem factam Ecclesiae non posse reuocari ob ingratitudinem Capituli vel Praelati, quia censetur facta non intuitu personarum, sed ex pietate erga Deum.

- 18 NB. Donatio si liberis inofficiosa sit, patrimonii bonorum legitimam, id est, lege debitam portionem ipsis adimens, vel minuens, etiamsi iuramento confirmata sit, reuocari potest. Ratio; cum enim beneficium reuocandae donationis in fauorem filiorum introducta sit, non potest patris iuramento tolli.

NB. Tamen plerunque inofficiosa donatio, per querelam apud iudicem institutam, reuocatur solum quatenus modum excedit, & legitimam portionem diminuit.

NB. Licet parentes gratuitis donationibus liberorum legitimas minuere non possint, posse tamen donationibus remuneratoriis, & contractibus onerosis.

NB. Etiam ascendentibus liberis, non solum descendentibus parentibus ius competere instituti querelam contra inofficiosam donationem liberorum suorum. Nam querela inofficiosa donationis introducta fuit ad similitudinem querelae inofficiosa testamenti. Hanc autem non minus ascendentibus quam descendentibus competere certum est.

- 19 Iusta causa reuocandi donationem magnae patri bonorum, est inopinata susceptio prolis. Est enim pia & iusta iuris praesumptio donatorem liberis orbem donationem magnam fecisse cum virtuali seu tacita conditione, nisi liberi nascerentur: quia nemo censetur alienos posteritati suae preferre velle. Quod si Ecclesiae ad causamque piam donatum sit, reuocari non potest ultra legitimam liberorum, (non minus quam

quàm si donator de futura liberorum natiuitate cogitans, donasset.) Etenim si in filium donatio facta fuit, & postea aliis nasis inofficiosa appareat, reuocatur tantum vsque ad legitimam. Causa autem Ecclesie non minus fauorabilis est, quam filiorum. Accedit, quod Ecclesia donatori instar filii esse censetur.

Æquitas interdum postulat, vt ad populi ædificationem, donationem Ecclesie factam, prelati ob hanc causam remittat. 20

Renunciatio hæreditatis nondum aditæ, quamuis delatæ, natiuitate liberorum non reuocatur. Ratio, quia lex illa ciuilis, cum exorbitans sit de donatione semel facta reuocanda, strictè interpretanda est de donatione propriè dicta, quæ est iuris acquisiti.

C A P. XIII.

De dote, paraphernis, donatione propter nuptias & sponsalitia largitate.

DOS, (quæ sortitur rationem, comparatione mariti contractus reciproci) datur marito ad onera matrimonii sustinenda, soluto matrimonio restituenda à marito. I

Maritus dotis dominium non habet, sed administrationem & fructus eius: vnde res dotalis alienare non potest: potest tamen eas à quouis possessore, reali etiam actione vindicare, & de iis in iudicio contendere. Dotis tamen dominium plenè ad maritum transit, si dos consistat in pecunia, & rebus vsu absumptilibus: tunc enim quasi mutui contractus interuenit, vt soluto matrimonio tantundè eiusdem generis & qualitatis restituatur. 2

Duplex est dos; aduentitia & profectitia. Hæc est, 3
quæ

quæ à patre aliove per virilem sexum ascendente, filiamque in potestatem habente profecta est. Potestque pater ad dotandam filiam Iudicis officio compelli.

4 Pater debet filiam dotare, licet propria aduentitia bona habeat, id est, materna: auus tamen non tenetur dotare nepotes ex propriis, si aliunde bona habeant, v. c. ex hæreditate patris vel matris.

NB. Licet nulla fiat mentio dotis, tamen pater tenetur filiam dotare; nam tacite intelligitur dos sponso promissa, eo quod pater non solum obligatus sit ad providendum filiae maritum, sed etiam ad dandam dotem. Nam mulier indotata facile contemnitur. Et Reipub. interest dotes mulieribus dari. Eademque ratione, si mulier diues, non facta expressione dotis, ducta sit, tacite censetur eius bona, vel saltem pars bonorum, pro conditione & dignitate viri, in dotem constituta; quæ si non solvatur, iustam causam maritus habet, alimenta vxori negandi.

Porrò licet filia inuito patre, contraxit matrimonium, tamen debetur illi dos à patre. Ratio, quia pater hoc casu ægrè ferre non potest matrimonium secundum se, cum vtiliter contractum sit: licet ægrè ferre possit, quod attinet ad modum, quia ipso incognito contractu fuit. Excipe, nisi municipalibus constitutionibus aliter decretum sit: & nisi filia ex adhibitis bonis sufficienter dotata sit: nimis enim durum est patrem compellere ad filiam habentem per se sufficientia dotandam, quæ sine eius licentia nupsit. Quod si nupsit viro indigno genere, non tenetur dare dotem, sed solum alimenta, quæ pater etiam liberis ingratis ex iure naturali debet. Id verò ad Iudicem pertinebit, arbitrari, vtrum delictum dotis subtractionem mereatur.

Præterea

Præterea Pater etiam dotem filiae Religiosae debet; quia causa Religionis fauorabilior est matrimonio carnali.

Mater, imò frater etiam Clericus, si diues sit, in defectum aliorum, filiae, aut sorori inopi dotem dare debet. Nam dos succedit loco alimentorum, Frater autem & mater tenentur alere in necessitate. Ergo. Et mater obligata est liberis legitimam relinquere, dos autem, sicuti & donatio propter nuptias, in legitima computatur, conferenda post mortem matris.

Dos aduentitia est, quam vel vxor ex propriis bonis adfert, vel extraneus aliquis eis confert, non patens, nec auus. Discrimen est inter utramque dotem, quod profectitia soluto matrimonio, nisi aliud conuentum fuerit, reuertitur ad patrem, qui est patens per virilem sexum ascendens, & filiam in potestate habens iuxta l. dos à patre. *Iure succursum est patri, ut filia amissa, solatii loco cederet, si redderetur ei dos ab ipso profecta, ne & filia amissa, & pecunia damnum sentiret.*

Sed et si matrimonium soluat per mortem matris, dos in potestatem patris reuertitur, sicut & ipsa filia; cui deinde iterum nubenti eandem dotem nihil imminutam dare cogitur.

NB. Si filia moriatur liberis relictis in potestate patris constituta, dos profectitia reuertitur ad patrem, quia filii non succedunt patri in profectitiis bonis, viuentem adhuc auo. Quod si filia emancipata sit, dos non reuertitur ad patrem, sed fit aduentitia, & sicuti esse profectitia, & est filiae pleno iure acquisita. Vnde infertur, quib. locis statuto vel consuetudine receptum est, ut liberi utriusque sexus per matrimoniū emanci-

emancipentur; dotem, vel donationem propter nuptias, soluto matrimonio non reuerti ad patrem dotantem: censetur enim aduentitia, quam maritus lucratur duobus modis soluto matrimonio per mortem vxoris. 1. si pactum intercessit de dote lucranda (exemplum habes in filia D. Vaii.) Nam contractus et conuentione legum accipiunt; & nominatim contractui dotali specialia pacta adiici posse & frequentissimè solere. 2. Si vxor intestata decedat, deficientibus liberis & propinquis.

Maritus dotem aduentitiam lucratur propter adulterium vxoris, & è contra, (nisi inter se reconciliati fuerint,) intellige post iudicis sententiam: est enim pœna. Potest tamen maritus, si certus sit de adulterio vxoris in conscientia foro dotem retinere, defendendo se contra vxorem repetendo, per exceptionem. Quia cui competit actio, eidem multo magis exceptio competere debet, reg. 71. in 6.

NB. Si dos propter inopiam mariti aut prodigalitate periclitari incipiat, potest vxor eam repetere, applicatis fructibus familiae, imò etiam compensatione occulta. ibi.

- 8 Vxor habet tacitam hypothecam in bonis mariti, donec ei dos restituatur. Et præfertur vxor in repetenda dote omnibus aliis personalibus creditoribus etiam tempore prioribus, tacitam quoque hypothecam habentibus: imò etiam habentibus hypothecam expressas, sed posteriores, id est, post dotis constitutionem appositas. Vide tract. 2. ca. 11. assert. 5. casu 4.

NB. Exceptionem dotis non numeratae, soluto matrimonio, maritus apponere potest intra annum, si matrimonium ultra biennium non durauit, alioquin intra 3 menses, si amplius biennio, dummodo

non integro decennio, hoc enim casu exceptio nullo modo admittitur.


Parapherna sunt omnia bona vxoris præter dotē, quorum administratio nullo modo competit marito, nec fructus, nisi ita conuentum fuit, & tunc mulier habet tacitam hypothecam in bonis mariti.

Donatio propter nuptias (*Gegenwiden*) ad similitudinem dotis constituitur, adeo ut si pactum intercessit de dote lucranda post mortem vxoris, intelligitur etiam interpositum de lucranda donatione propter nuptias post mortem mariti. Æqualitas in dote & donatione propter nuptias constituenda hodie non obseruatur.

Sponsæ à sponso interdum arrha, (id est, donatio in remunerationem virginitatis, dotis, &c.) constituitur, quæ post mortem mariti pleno iure vna cum dote vxori exhibenda est. Sin autem contingat, eam ante maritum decedere, ius habet de tali donatione, sicut de dote aduentitia arbitrari suo disponere, vel heredibus ab intestato relinquere.

Sponsalitia largitas dicitur, quam vnus sponsus alteri facit causa secururi matrimonii rato & consummatum matrimonio confirmatur, resiliens culpabiliter ad restitutionem istius largitatis innocenti tenetur.

NB. Si vxor ad nuptias secundas transit, debet mariti in primo matrimonio conceptis relinquere lucra dotis profectitia prioris, item donationes, testamenta.



De Commodato & precario.

- 1 **C**ommodatum est rei alicuius ad solum usum
gratuita concessio, (rei) domus, equus, vitæ,
pecunia non nisi ad ostensionem, & vinum (ad ho-
lum usum) in quo differt à pignore & deposito, quod
eorum usus non conceditur, à mutuo, in quo trans-
fertur dominium, non in commodato, Dicitur
gratuita concessio, ad differentiam locationis.
- 2 Commodatarius etiam leuissimam culpam pro-
stare debet, si in eius solius gratiam commodatum
fuit.
- 3 Res commodata ante tempus reuocari non po-
test, nisi præter opinionem graue aliquid eueniat.
Alia iniuriam infert repetendo, ante tempus præ-
scriptum. *Adiuuari quippe nos non decipi benefici-
portet. l. in commodato. §. sicut. ff. eodem. Et
mutare quis consilium non potest in alterius detrimen-
tum. reg. 33. in 6.*

Quod autem in grati necessitate ante tempus
commodatum repetere possit, pater, quia non con-
fetur se obligasse ad inopinatum euentum, qui gra-
tis commodauit: quandoquidem quisque præsumit
tur ex re sua magis sibi ipsi quam alteri prospere
velle. Precarium fermè conuenit cum commoda-
to. Strictè tamen loquendo in eo differunt, quod
commodatio fiat ad certum tempus, vel certum usum,
ita, vt ante res commodata à domino repeti
non possit, eo autem finito, restituenda sit, licet non
repetatur. Nam *dies statuta pro domino interpellat*
magnam. C. de contrah. stip.

Precarium est, quod precibus petenti vtendum conceditur, quamdiu is, qui concessit, patitur. 4

In precario non præstatur culpa, nisi lata sit, quæ s dolo æquiparatur.

NB, Precarium non solum in rebus corporalibus, sed etiam in iuribus constitui potest, veluti, si me precario rogaueris, vt per fundum meum ire tibi liceat. Soluitur precarium 1. expressa voluntate concedentis. 2. Voluntate tacita. 3. Morte eius, cui concessam fuit, & non transit ad hæredes, cum sit veluti gratia personalis.

Precarii contractus est, de quo lib. 3. decret. per quem aliquid vtendum conceditur in perpetuum, vel ad tempus pro annua pensione, aut gratis ob remunerationem beneficiorum, idque ante tempus reuocari non potest, præterquam si à Prælato Ecclesie irrationabiliter concessio facta fuerit; tunc successor eius reuocare poterit. 6

CAP. XV.

De Mutuo.

Mutuum consistit in rebus, quæ sub eodem genere functionem recipiunt, videlicet quæ in numero, pondere, aut mensura consistunt, id est, pecunia numerata, vinum, oleum, frumentum. Illa enim dicuntur functionem recipere, quia sub eodem genere adeo similia sunt, vt in commutationibus vel substitutionibus alterum alterius vice fungi possint, & debent reddi vel eadem omnino, vel aliæ eiusdem nature & qualitatis & bonitatis. v. c. Vinum vetus pro vetere, nouum pro nouo.

In mutuo rei datae dominium transfertur, non item in commodato. A permutatione & em-

Mm 2 ptione

ptione differt mutuam, quod in illa non idem, sed aliud genus recipiamus, ut pro vino pecuniam.

NB. Si mutuo reddendo certum tempus praeteritum fuerit, & mutuarius in mora culpabiliter erit(erit id est, sine graui necessitate) in utroque foramine damnum mutuanti compensare debet. Si autem nullo definito tempore mutuatum fuit, solutio debet, cum primum mutuator postulauerit, demum modo non statim postulet.

- 3 Filius familias pubes pecunias mutuo accipiens iure Caesareo non obligatur, ob S.C. Macedonianum. Si tamen filius familias, non opposita exceptione propria soluat, solutum repetere non possunt, quia naturalis obligatio manet. Causa autem cur filius familias eiusque fideiussoribus repetitio debiti soluti non concedatur, ea dari debet, quia hoc S.C. non principaliter ob fauorem personae, sed magis in odium generatorum introductum fuit, iuxta Ulpianum. Quare etiam id consequens est, quod mulier) fideiussor naturaliter obligetur, & tamen, si soluerit, conceditur ei condictio seu repetitio veluti iure civiliter indebite soluti) renunciare possit beneficio S.C. Ulpianiani, quippe quod in eius gratiam constitutum fuerat, at uero filius familias. exceptioni renunciare nequit, quia non ipsius causa, sed in odium creditoris introducta fuit.

NB. Si ex pecunia mutuo accepta, filius autem patris ditior factus est, eatenus naturali iure in confectione ad restitutionem obligatos esse.

Præterea NB. Verba S.C. solum loqui de pecunia & non de frumento, nisi fraus S.C. adhibita fuisset, ut eiusmodi distractis fructibus pecunia perueniret.

Aliqui casus sunt, quibus Senatus Consultum Macedonianum locum non habet (sic dictum, quia occasione fœneratoris Macedonis latum fuit, qui filiis pecunias numerare solebat, reddendas post mortem patrum: unde illi ansam ceperunt, patribus mortem machinandi; quo hæreditate parentum potiti, haberent, unde se ære alieno liberarent) Si filius cum pecuniam mutuò accepit, peculium castrense, vel quasi castrense habeat: siquidem in eo, quasi paterfamilias censetur. 2. Si filius familiaris sit, cum pecuniam accipit. 3. Si filius pro altero sui iuris existente, & mutuam accipiente, fideiussit, tenebitur: nisi id factum fuerit in fraudem S.C. 4. Si filio in studiis creditæ fuerunt pecuniæ ad necessarios sumptus quos ipsius patris pietas recusare non potest. 5. Si pecunia in rem patris versa.

Probabilis est etiam in foro conscientiæ, exceptionem S.C. opponi posse, modo mutuator in culpa aliqua fuerit, ut pœnæ locus esse queat; nam si mutuator probabiliter credidit filium, patremfamilias esse. Ratio, quia certum est, quod lex civilis in pœnam fœneratorum & Reipublicæ commodum statuere potuit, ut in utroque foro; ita patet ex l. sed si. §. sed etsi. ubi absolute dicitur filiumfamilias perpetuo tutum esse contra creditorem; ad id ut etsi non opposita exceptione à Iudice condemnatus sit, nihilominus S.C. exceptione uti liceat, quod vel falsum vel iniquum foret, nisi etiam in animæ iudicio exceptio illum tutum reddat.

NB. Filiusfamilias licet exceptione S.C. renunciare non possit, potest tamen si iuramento confirmet;

Mm 3 cum

cum omne iuramentum seruari debet, ac si possit sine dispendio salutis.

6 Si Administrator vel Curator alicuius personae, videlicet minoris, Hospitalis, Ciuitatis, pecuniam mutuò accepit, mutuans ostendere debet, pecuniam in vtilitatem eius personae aut loci versam esse, et que in fauorem. Ratio, cum enim administratores valde prouisi esse soleant ad pecunias mutuò accipiendas, ne ea res in fauorabilem personarum vel locorum detrimentum cedat, iure ita profectum fuit.

7 Si constet aut ostendatur Administratorem, vel alium quemuis mandatarium habuisse plenam facultatem mutuò accipiendi, probari non debet inutilitatem illius versam fuisse, pro quo accepit.

NB. Prælati debita antecessoris soluere tenentur, quæ pro necessitate Ecclesie contracta sunt, iuxta Glossam: Successor ad id tenetur, quod prædecessor facere debuit.

8 Qui spe mutui accipiendi Chirographum dedit intra biennium opponere potest, exceptionem non numeratæ pecuniæ, eo fine, vt in creditorem mutuari onus probandi reiciat, pecuniam à se numeratam fuisse: qui si in probatione deficiat, absolute mutuarius conuentus. Ratio, quia desiderans aliquam sibi mutuo dari, fiducia huius beneficii sequendi, facile inducitur ad anticipandam confessionem accepti, quod nondum acceptum est.

Similis porrò exceptio intra 30. tantum dies creditoribus conuenit in quocunque debito, si opponant spe eius recipiendi se instrumentum confessionis, seu apocham maturius tradidisse. Cautio est ad excludendas eiusmodi exceptiones, si tabel

in publico instrumento scribat, in presentia sui & testium pecuniam numeratam fuisse.

CAP. X.

De Usura.

Usura est lucrū ex mutuo, quā ubi mutuū non reperitur, usurę locus non est. Vel, est fœnus, vel potius fœtus pecunię, id est, infelix spurius; cum tales res suapte natura parere non debeant.

1

Lucrum vsurarium est, quicquid tēporale ac pretio æstimabile vltra sortem mutuo datam accipitur, quasi ratione mutui ex iustitia debitum sit.

2

NB. Temporale; si enim spirituale, erit simonia.

Usura nō est, nolle mutuare alteri, v.c. pecuniam, nisi vicissim mutuo det frumentum: sed usura est dare alicui mutuo, obligatione ipsi imposta, vt & in futuro tempore mutuare, aliudue officium præstare debeat. Ratio, quia vltra sortem suo tempore reddendam, mutuatario onus seu grauamen imponitur, quod precio æstimabile est.

3

NB. Particulam, ratione mutui. Nam si alicui pecuniam ad pompas concedas, postulato precio, usura non committitur, quia non accipis ratione mutui, sed ratione locati.

(Quasi ex iustitia debitum.) Nam vsurarius non speres, vel etiam roges mutuatarium, vt memor beneficii, ex spontanea gratitudine remunerare vel, vel etiam eiusmodi grauitum donum accipias, si vsurarius non es.

4

NB. Obligatio remunerandi in pactum iustitię propter mutuū deduci non potest. Et pactum repugnat gratitię ac liberali remunerationi. Vnde illud; Nemo in necessitate liberalis existit. item; Qui dat ali- quid ex necessitate, non dicitur donare.

NB.

NB, Quod si mutuatarius ultro promissionem faciat, v. c. si mutuo mihi des 100. aureos, ecce daturus sum, non eris mutuatarius, si spe accipiendi mutuo des, alioquin non mutuatarius, modo appareat animus mutuatarii esse donandi seu liberaliter dandi, non veluti ex reciproca obligatione pro mutuo. Deinde certum est, si mutuatarius liberali animo promissionem fecit, acceptante mutuatore, exinde obligationem iustitiae illum committere, non vi mutui, sed vi gratuiti pacti.

5 Usura alia est realis (in qua lucrum ex mutuo in partem deducitur, seu expresse, seu tacite) alia mentalis (si mutuus in pactum non deducat, speret tamen, atque intendat lucrum non gratuito offerendum, sed quasi ratione mutui debitum sit. Item alia virtualis est aperta, (quae in mutuo formali & expresse fit, datur, V. C. do tibi mutuo 100. ut post annum reddas mihi 105.) alia palliata (quae non committitur in contractu mutui expressi, sed alterius contractus nomine, veluti pallio occultati: V. C. Mercator, qui ob dilatam solutionem precii, carum mercem distrahit, V. C. floren. 100. cum valeat tantum 95. floren. qui velut iustum precium statim solvendi essent, emptori mutuo det ea lege, ut eas post annum reddat cum auctario; Nisi, ut postea dies mercatoris interfit, seu ratione lucri cessantis, & damni emergentis solutionem precii non differat, neque lateat emptorem, ob solutionis dilationem, mercem carius vendi. Aliud exemplum habet in emptore, qui ob anticipatam precii solutionem minoris emit, quam res empta valeat. Excipere non existimetur accidere posse, ut tempore solutionis res plus aut minus valeat; quia uterque contrahentium

æquali periculo subijcitur: Aliud exemplum; si deponas apud alterum pecuniam data ipsi facultate vtendi eo pacto, vt propterea obligatus sit precium aliquod soluere. In veritate enim talis contractus non est depositi, sed mutui.

Omnis vsura illicita est; non solum ecclesiastico, 6 sed etiam diuino ac naturali iure; iuxta Luc. 6. Mutuum date, nihil inde sperantes. Ratio, quia iustitia commutatiua non permittit, vt pars contrahens plus reddere cogatur, quam accepit.

Nec refert, quod mutuarius data sibi pecunia, vt atque lucrari possit, cum ius vtendi sicut & lucrum pertinet ad dominum, qui pecuniam suam adhibet ad lucrandum: mutuarius autem statim efficitur dominus pecuniæ ipsi mutuo datæ Confirmatur; Pecunia, vinum, frumentum &c. in quibus mutuum consistit, per se sterilia sunt. Ergo iniquum est, pro earum vsu aut fructu alteri concessio quicquam exigere.

Vsurarius non comparat dominium rerum per vsuram acceptarum. Nam deest titulus siue iusta causa accipiendi; absque titulo autem rerum dominia non acquiruntur.

NB. Principes cum pacto non possunt Iudæis permittere vsuras, possunt tamen sine pacto maiorum tributorum, maioris mali vitandi gratia.

NB. Iudæis in veteri permissum fuit extraneis scenerari, tanquam minus malum, vt à maiore malo scenerari arcerentur. Quod si Cæsarum iure vsuræ approbatæ sint, iure canonico censentur esse correctæ.

Pro labore numerandi notabile precium exigi

M m 5 po;

potest, non veluti ex mutuo, sed tanquam ex opere
mutuario locato.

NB. Obligationem, quam quis in se suscipit, in
alterius gratiam, quod paratus esse debeat ad mu-
tuandum ipsi, precio aestimabilem esse, quomodo
defenditur praxis aliquorum locorum, secundum
quam numularij seu à Repub. seu ab ipsis mutua-
rij mercedem accipiunt pro eiusmodi obligatione,
pecunias quibuscunque petentibus.

8 Mutuò alij tituli iusti adijci possunt, quibus ultra
sortem aliquid accipere licitum sit; videlicet lucri
cessantis, damni emergentis, pænæ conventionalis
&c. Primus titulus est ex parte mutuatoris, si eius ve-
rè intersit non mutuari. Id autem interesse duplex
est; Vnum lucri cessantis, si mutuatori idè quod
mutuò daturus est, lucrum abscedat, veluti si merca-
tor ex 1000, quos mutuò tibi dat, aestimatis omni-
bus, lucraturus sit 80. hos ipsos à te stipulari po-
test, vt suo tempore vna cum sorte ipsi restituat.
Ratio, quia spes lucri, qua se priuat mutua-
tor in gratiam mutuarij precio aestimabilis
est. Ergò eius compensatio in pactum deduci po-
test.

NB. Pro sola carentia pecuniæ, cum sit intin-
seca & essentialis mutuò, non potest quidquam
accipi. Alterum interesse est damni emergentis,
quod duplex: Velenim est damnum intrinsecum,
quod in ipsa re mutuò data inest, vt si tempore
veris mutuò des frumentum restituendum autum-
no cum minus valebit, vel est damnum extrinse-
cum, vt si pecuniam, quam mutuò das, destina-
ueris ad emendum frumentum tempore abundan-
tiæ, postea verò carius emere debeas, eiusmodi da-
mi

anni tui compensationem merito in stipulationem deducis.

Etiam ob periculum probabile sortis amittendæ 9 (ab homine non industrio & pluribus debitis obstricto) aliquid iuste exigere potest. Quia quiuis prudens mallet 10. floren. donare, quam 100. tali homini credere. Unde talis creditor se subijcit periculo per contractum innominatum. Vt si quis mercatori in Syriam nauiganti dedit 100. aur. ita, vt si nauis periret, nihil recipiat; sin verò salua rediret, 125. consequatur. Confirm. quia etiam fideiussor pro periculo damni incurrendi aliquid accipere potest, quæ dicitur vsura compensatoria licita. Curatoria autem omnis illicita.

Necesse tamen est, vt lucrum cessans & damnum 10 emergens, vel sortis periculum in pactum deducatur expresse aut tacite; fiatque contractus innominatus: In tuam gratiam desistam ab hoc lucro; vel damnum hoc, aut periculum subibo, si des mihi 10.

Mons, qui in Italia dicitur pietatis, ab vsuræ ini- 11 quitate defenditur. Videlicet ærarium publicè constitutum, ad mutuandum indigentibus, ea lege, vt pro mutuo ipsis dato pignus relinquere cogantur, & intra tempus definitum recepto pignore, pecuniam mutuo datum restituere. Insuper verò exiguum aliquid adijcere pro ministrorum sustentatione. Sin autem intra tempus definitum solutio facta non sit, pignus distrahi possit; vt, detracta sorte, exiguoque vlli adiecto, quod reliquum est, mutuario restituatur, idque approbatum à Leone X.

Alter iustus titulus est vltra sortem accipiendi ex parte

parte

parte mutuatarij : si pœnæ conventionalis adiecta sit, quam is solvere cogatur ; nisi ad tempus praefixitum mutuum restituerit. Neque opus tunc esse videtur, ut creditor exigat, sed dies statuta pro homine interpellat. Multo minus requiritur Iudicis sententia, cum ex mutua conventionione & pacto debeat.

- 12 Pœna alia legalis est (quæ lege decernitur propter crimen) alia Iudicialis (quam in particulari Iudex imperat) alia conventionalis, quæ partium contrahentium consensu statuitur, soluenda ab eo, qui à contractu recesserit.

Tertius titulus ultra sortem accipiendi est pacti accessorij : si V. C. pecuniam mutues auream, restituatur in materia minuta, accedit mutuo contractus cambij, iuxta cuius taxam consuetam, amplius quam datur, accipere licet.

- 13 Si mutuans nauigaturo, periculum sortis in se accipiat, ratione huius grauaminis aliquid accipere in conscientia foro prohibetur.

- 14 Licitum est mutuare frumentum in autumnno, ut restituatur tempore verno, si æquale dubium sit, plus enim an minus valiturum sit. Quia uterque contrahentium æquali fortuna sponte se subiecit : secus est, si quasi certum sit, eius precium auctius fore (aut mutuator intendat, licet postea non contingat augeri, hoc enim casui adscribi debet) nisi in hoc casu ratio lucri cessantis excuset, quia V. C. ipsemet mutuator frumenta erat seruaturus in vernum tempus, quo plaris distrahere potuisset.

- 15 Si moraliter certum sit, valorem moneræ eximium secundum se auctum iri, non licitum in censu redimibili pacisci, ut precium emptionis eadem moneræ specie restituatur. Quod si verò per accidens

tantum augetur propter intrinsecam diminutionem minutorum monetarum, tunc tale pactum iustum, & naturæ contractus censualis conforme est. Quandoquidem in redemptione census idem seu æquale precium emptori redhiberi debet: Si autem thaleris mille, qui contractus tempore conficiebantur 1200 flor. Rhenenses, emisti annuos florenos 60. Postea autem propter depravationem monetarum minuitur thalerus earum comparatione crescat, ut florenos sesqui valeat aut duos; non satisfiet restituitendo thaleros 800. aut 600. quia tale precium in veritate non æquiualeat acceptis thaleris mille; sed solum externa nominis impositione, quatenus totidem florenos Rhenenses continere dicuntur, sed longe alios ac deteriores.

Si mercator mercem, quam precio summo vendidit, postea precio minore redimat, interdum ab usu excusari potest, dummodo mercator bona fide & sine usuraria intentione pannum vendidisset precio summo, videlicet 108, constituens in emptoris libertate rependi cui vellet, emptor autem rogaret mercatorem, ut ipsemet precio minore, videlicet aureis centum redimeret.

Contractus ἀντιχρησις secundum se illicitus (V. 17. C. Pfandschaff; sicut exemplum habeo) in parente meo & usurarius est, videlicet si creditor fructus ex pignore lucretur, donec debitum ipsi restitutum sit. Iam quia alioquin creditor ultra pecuniam, quam credidit, aliquid lucrabitur causa solius mutui: quæ iusta est. Alijs tamen titulis cohonestari potest. I. Si fructus ex pignore percepti, non superent quantitatem pensionis, quæ iure census secundum morem patriæ constituti, exigi potest cum pacto redhibitionis.

nis. II. Si creditor fundum, qui pignori delictus erat, certo precio emat, cum pacto reuendendi. Tunc enim pignoris naturam realemque obligationem amittit, & possessori tanquam vero domino fructificat, eiusdemque periculo perit. Nam licita esse venditionem cum pacto redemptionis apponit constat ex l. 2. C. de pactis inter empr. & vendit.

18 Venditio cum pacto redemptionis licita est, & potest premium emptionis minui vel augeri propter obligationem impositam redimendi aut reuendendi.

NB. Usurarius contractus praesumitur, in quo emprus est fundus cum pacto, ut minori precio ad arbitrium emptoris redimatur fructibus in partem precij computatis, quandoquidem duo in illo pacto continebantur aliena à natura talis contractus; videlicet ut & premium maius esset redemptionis, quam primæ emptionis; & ut fructus inter emptionem & redemptionem percepti ad venditorem pertinerent. Praesumebatur igitur fuisse mutuam usurariam cum traditione pignoris, cuius fructus in forem computari consueuerunt: praesertim cum empror solitus etiam fuerit usuras exercere.

19 Maritus, donec ei dos soluat, fructus ex pignore, sine sortis diminutione percipere potest, ut in ea habeat unde onera matrimonij sustinere possit.

20 Proprie tanquam ex oppignerato sibi feudo emphyteusi fructus absque sortis exoneratione percipit. Ratio, quia tali pacto contractus isti, seu primitus, seu per diuturnam consuetudinem constituti sunt; ut si res feudalis seu emphyteutica oppignerata sit domino directo, ipsi fructificari debeat.

Pæna usurarijs canonico & ciuili iure decretæ sunt. 1. ipso iure infames sunt, si Clerici inhabiles ad

beneficia & irregulares, Episcopus tamen post pœnitentiam potest dispensare. 2. Non admittendi ad communionē sacram, neque sepulturæ Ecclesiasticæ tradi debēt. Usurarius tamen publicus, antequam denunciatus sit, non est vitandus, etiam in sacris. 3. Testamentum legatum, usurarij publici ipso iure irritum est, nisi ante mortem restituerit, quæ per vsuras acquisita sunt, vel de eorum restitutione idoneam cautionem dederit per pignora aut fideiussores.

C A P. XVII.

De emptione aut venditione.

Contractus emptionis aut venditionis mutuo r) consensu dandi mercem pro precio substantia- liter constituitur, potest etiam institui inter absentes, & requiritur traditio ad quam vtraque parte tendit, & consequenter ad dominij translationem.

Contractus autem iste introductus est cuso nummo, utpote commodiore modo; nam olim res aliæ inter se permutari solebant, vinum pro frumento, &c. Sed quia non semper, nec facile concurrebat, ut cum tu haberes, quod ego desiderarem, inuicem haberem, quod tu accipere velles, idè electa est materia, cuius publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subue- niret.

Contractus iste, quâ precium interuenit, em- ptio; qua verò merx, venditio dicitur.

§. 1.

De precio rerum Venalium.

3 **D**Vplex est precium rerum venalium; vnum legitimum, id est, publica lege taxatum, ad cuius taxationis obseruationem omnes venditores obligantur sub virtute iustitiæ, nisi manifestè iniusta sit, videlicet, si pistoribus taxetur pondus panis, non secundum proportionem valoris tritici: aut si lex iubeat, vt frumentum superueniente sterilitate eodem precio vendatur, quo antè, cum esset copia. Nam propter circumstantiam accidente mutatione, precium quoque à Magistratu mutari continet.

4 Tempore sterilitatis non potest Magistratus sibi agricolis pretium frumenti taxare, alijs mercibus non taxatis; alioquin iniustam læsionem agricolæ patientur. Esto pauperibus hoc modo consultum esset, tamen iste succursus non ab vno hominum genere, V. C. agricolis, sed omnium fieri debet.

Alterum est precium naturale, quod, seclufa legalis definitione, ex ipsarum mercium natura sumitur, idque cum habitudine ad humanum vsum, affectionem, voluptatem.

Sic panem pluris æstimamus, quam mures, ob maiorem illius vtilitatem &c.

Discrimen est inter hæc duo; quod precium legitimum consistat in indiuisibili. Naturale autem latitudinem habet, pendens ab hominum æstimatione & affectu; siquidem varij homines de rebus variè iudicant. Quare triplex precium à Doctoribus statuitur, supremum, mediocre, infimum, quam latitudinem precij iusti, dum venditores non excedunt, à peccato iniustitiæ immunes sunt, licet alijs summo, alijs me-

alijs infimo precio vendant. Quare etiam em-
poribus concessum est licitari, siue precium offerre,
sed intra latitudinem.

Vnde Pomponius. *In pretio emptionis & venditionis
naturaliter licere contrahentibus se circumuenire.* In con-
scientia tamen omnis venditio, in qua iusti precij la-
tudo exceditur, & omnis emptio, in qua iusti precij
quantitas non attingitur, iniquitatem continet; ideo-
que per restitutionem ad æqualitatem reducenda
est, nisi liberalis remissio saltem præsumpta, eius, qui
deceptus fuit, accesserit. Aut si vterque sciat valorem,
presumenda est donatio. Nam vniuersum, si quis sci-
entia non debere, aliquid soluat, donare censetur:
quare tanquam indebitum repetere non potest.

In externo foro ob vitandas lites non succurritur
contrahentibus, nisi si ultra dimidium iusti læsi fuerint
est, nisi dimidiam iusti pretij partem alteruter ac-
cepit; V. G. si merx, cuius iustum precium vendi-
tionis tempore minimum erat 10. aureorum, vendi-
ta sit minus 5. aureis, competit venditori actio ad-
uersus emptorem, vt vel rescisso contractu mercem
restituar, preciumque suum recipiat, vel iusti pretij
defectum suppleat.

Pari modo sicut in decepto venditore; ita etiam in
decepto emptore dimidium iusti æstimandum est,
quia æque est læsio enormis & damnum, id etiam
valet in alijs permutationibus.

Rescisso contractu emptionis ac venditionis pro-
pter læsionem enormem, fructus temporis interme-
diæ emptorem tanquam dominum spectant, sicuti
periculum rei ad eundem pertinebit. Alia ratio
est, si venditio rescindatur propter pactum adiectio-
nis in diem; id est, si intra tempus certum precium,
Nn solu-

solutum non sit, res in empta esto. Tunc enim fructus temporis intermedij sunt emptoris, quia res scilicet eiusmodi contractu propter pactum, perinde est, ac si nulla emptio & venditio intercessisset.

NB. Licet iure canonicò deceptis infra dimidium iusti denegetur actio iudicialis, concedatur tamen eius denunciatio Evangelica, per quam deceptores de iniquo damno resarciendo frustrandi moniti, tandem Prælato denunciantur, ut ad quod sub peccato mortali præstare debent, compellantur.

9. Iustum mercis premium est, quod loci consuetudo approbat, secundum communem hominum opinionem. Unde ille non peccat, qui sciens copiam frumentorum brevi tempore superuenturam, suo precio consueto vendit. Nam rerum præcia non priuata vnius vel alterius hominis noticia aut affectione sed vt dictum est, ex communi ciuium estimatione accipienda sunt.

NB. Quæstor ceu dominus scripsit, frumentum fore carum, idè debere vendere, potest solvere, post 3. septimanam aut alteram vendere, lucrando (si V.C. pro 1000 scaphas dedit 5000. & postea leant 6000.) 1000. Siquidem antea precio minore frumentum quod vendendū erat, ipse emptor postea, verò tanquam suum effectum carum detraxit.

10. Variæ causæ sunt, ob quas rerum venalium præcia augeri vel minus solent. 1. Penuria mercium, multitudinem emptorum, paucitas vendentium, augent rerum præcia. 2. Pecuniæ abundantia efficit, vt rerum præcia crescant; eiusdem inopia, vt decrescant. 3. Est modus vendendi. Nam merces quæ sub habentur venduntur.

venduntur, vel in foro scrutariorum minoris aestimari so-
 leat, quam quae in propria officina quaeruntur. 4. Est
 singularis commoditas, quam venditor ex re vendita
 habuit, eaque in gratiam emptoris se spoliat. 5. Si em-
 ptori commodum non sit emere, sed à venditore ro-
 gari, ob hanc circumstantiam aliquantulum minui-
 tur pretium mercis: sicuti & pretium locationis; si
 conductori commodum non sit conducere.

§. II.

Dere vendita, seu merce.

Nondum dabitur venditor fidem habere emptori in
 pretij solutione, ideoque mercis dominium
 non transferre: aliàs dominium mercis emptori non ac-
 quiratur, nisi vel soluto precio, vel cautione pignoris,
 si venditor alia ratione emptoris fidem securus fue-
 rit. Ratio, quia dum ex parte emptoris contractus
 nondum completus est, merito venditor rem ven-
 ditam sibi obligatam tenet.

Res in specie empta, si etiam ante traditionem
 ab emptoris culpa pereat, emptoris damnum
 est: V. C. grex ouium, vini dolium, hic equus, hæc
 arca, ligni plaustrum: secus si res indeterminatè, seu
 in genere empta fuit. V. C. ex grege 10. oues.

Venditio interdum fit ad numerum vel mensu-
 ram. V. C. in singulas vini amphoras, certum precium
 assignando, & tunc periculum ad venditorem perti-
 net, donec mensuratum fuerit, eò quod venditio an-
 te perfecta censeatur, sed quasi sub conditione
 facti dimensionis, numerationis &c. accesserit. Quod si
 venditio fiat ad corpus, id est, ut totum simul vendi-
 tum fuerit, V. C. plaustrum vini; neque actum, ut degu-
 stare

Nu 2 stare

NB staretur, vini periculum emptor præstare debet.
NB. Sed si expressè vel tacite actum, ut degustaretur
antequam omninò perfecta venditio esset, pericu-
lum ad venditorem spectat. Quod si certum tempus
præfixum ad gustandum aut mensurandum, putabilem
moram, emptoris periculum ad ipsam pertinet.
stabit.

- 14 Venditor mercis vitium occultum significat
netur, alioquin rescindi potest contractus, si de
causam contrahendi dedit. Ratio, quia ad officium
vendedoris pertinet, mercis naturam & qualitates
manifestare, quatenus id scire emptoris interest.
vitio autem manifesto non est necesse emptori
monere, ipse enim sibi impurare debet.

Quod si verò dolus sine dissimulatio vitij occul-
tæ causam emendi non præbuit, quia nihilominus
missit emptor, licet minore precio, tunc non res-
cinditur actio ad rescissionem contractus, sed ad
tuendam partem precij, quando minoris res em-
fuit, si vitium ignoratum non esset.

- 15 Si merx vitiosa aliqualem usum habet ad emen-
tiam, ob quem emitur (V. C. calcei ex corio debili-
tati) interdum necesse non est vitium occultum
manifestare. Nam alioquin magnum fortuna-
men mercatores subire debebunt, quando meli-
ores merces distrahere poterunt; ipsi tamen
temerè omnis generis ac qualitatis emere solent.
bet tamen in hoc casu plerumque mercator merce-
minoris vendere, ob eius vitium. Quod singu-
liter notandum est equorum venditoribus, licet
cundum municipales constitutiones, non nisi
vitia, die Hauptmängel edicere teneantur; si
equus venalis alio quocunque vitio laboret.

quod minus vilis existat, necessariò remittendum
 esse de ipsius precio: alioquin in conscientia foro
 iniuria committitur, cum restituendi onere, pro-
 pter inaequalitatem rei datae, & rei acceptae: ita mer-
 catores statim damnari non possunt, si vino aquam,
 aut picem admisceant; modo exinde emptori-
 bus nullum damnum inferatur, & merx proportio-
 nis precij, quo venditur, satis idonea sit ad consue-
 tum vitium. In specie tamen oenopolae, si vino a-
 quam in quantitate immodica admisceant, plerun-
 que damnum inferunt & peccant, quia vinum aqua
 citius facilius acescit, & tam diu non conservatur.
 Quod si ad vim meliorem concoctionem utile sit
 modicam aquam infundere, aut emptores abhor-
 tati à vino ob eius meracitatem, nisi aqua pa-
 ram temperetur, non erit necesse, idè de precio
 mutare. Inò si à Magistratu iniuste taxentur
 oenopolae (vi & pittores) & damnum pati debe-
 re, nisi admisceant aquam, possunt admis-
 cere.

Denique si venditor ignoravit mercis occultum
 vitium, non tenetur prestare damna, quae exinde
 emptori accepit, V. C. si pecus mo. bosium gregem in-
 fecit, insuper venditio valida est, sed competit em-
 ptoria actio, quanti minoris emisset, si id ita esse sci-
 uisset.

Actio, Quantò minoris (in foro civili intra an- 16
 num durans) in foro conscientiae etiam ultra annum
 durat ad petendum precium iustum.

Actio redhibitoria, tendens ad rescissionem
 contractus solum intra annum dimidium durat.

Peracta venditione partium consensu fructus o- 17
 mnes pendentes, tum maturi, tum immaturi ad em-

prorem spectare debent. Ratio, quia fructus pendentes censentur pars fundi, percepti ante sunt venditoris. Emens equum, censetur etiam emisse ornamenta; ephippium, frænum. Vendita domo etiam seræ, clauis, item was *Stagelhafft ist*.

NB. Si domus vendatur, quæ alteri elocari est pensio pertinet ad venditorem, proportionem temporis elapsi, usque ad celebrationem contractus. Pensiones ex re frugifera, agro, vinea, dividuntur sunt secundum rationem ac proportionem fructuum, quatenus ij vel ad emptorem vel venditorem spectant. Ratio, quia pensio soluitur ratione fructuum, ergo iure illi debetur, cui alias fructus venditæ deberentur.

18 Peracta venditione etiam fructus producti seu postea exorti ad emptorem spectare debent, etiam si pretium solutum non sit. Nam fructus naturaliter consequuntur substantiam rei frugiferæ. Ergo cum emptor iusto precio rei frugiferæ substantiam emit, simul etiam emit ius atq; potentiam fructuum. Deinde æquum est, ut ad eum spectet commodum ad quem spectat periculum. Contrariæ leges civiles ita intellectæ sunt iniquæ.

19 Usuræ precij non soluti exigi possunt, si cominatoriæ sint, V. C. quia venditor pecunias negotiorum exposuisset, si tempestivè solutæ fuissent. Quia quæcunque naturalis causa alieni damni est, illud refarcire tenetur. Usuræ verò contrariæ exigi possunt, quia pecuniæ suapte natura hereditariae sunt.

20 Si venditio ita fiat, ut periculum rei venditæ terim donec precium solvatur ad venditorem pertineat, tunc fructuum æstimationem is exigere potest.

Itte autem contractus omnium damnandus est, V.C. Vendo tibi, tradoque agrum, vineam, ea lege, ut precium apud te sit in deposito, quoad æqualis bonitatis vinea mihi emenda offeratur interea soluta mihi annuam pensionem proportionem perceptorum fructuum. Ratio; Cum enim pensio à venditore exigi non possit ratione fructuum, quippe qui emptionis iure ad emptorem spectant, sequitur ea exigi ob dilatam precij solutionem; quod usurarium est.

§. III.

De venditione rei alienæ eiusque e-
uictione.

Venditor ex ipsius contractus natura emptori ²¹ obligatus est de mercis euictione V.C. si aliquis rem emptam ab emptore, actione reali intentata, euincat & auferat; quia videlicet demonstrat se eius esse dominum, tunc venditor emptori precium restituere cogitur. Insuper quanti eius interest rem euictam non esse; dummodò tempore contractus ignorarit emptor rem alienam esse, & licet ipsi postea mora denunciarit venditori, ut se defendat.

NB. Si res aliena emptori ignoranti vendita fuerit, valet contractus, & dominium precij venditori acquiritur.

Obijcies. Videri aliquam inæqualitatem, si emptor alienæ rei dominium non acquirat & tamen precij dominium in venditorem transferat. Resp. Non esse

esse inaequalitatem; quandoquidē pro eo, quod rei alienae venditor precis dominium acquirit, ipse vicissim emptori de euietione obligatus manet.

Si fur alienis nummis negotietur, lucrum ipsi acquiritur, cum non sit fructus pecuniae, secundum se sterilis, sed solius industriae; ipse autem fur perlocaliter obligatus manet, tum etiam venditoribus campforibus, si pecuniae ab ipsis euincantur.

NB. Lucrans pecunias aleis falsis & donans partem socii scienti & non cooperanti ad fraudem, scilicet ad nullam restitutionem tenetur, si lusor pecunias ludo iniquo acceptas cum propriis misceratur.

23 Quia fure emente pecunias furtivas bona fide accepit, easque cum proprijs commiscuit, ad nullam restitutionem domino pecuniarum obligatur. Ne iniustae acceptationis cum bona fide egerit, ne ratione rei acceptae commiscendo cum proprijs dominium eorum acquisiuit; secus est, si pecuniae separatim adhuc in specie extant.

Quod autem pecuniae furtivae cum proprijs mixtae dominium acquiratur, patet, quia nummi ex propria institutione transeunt de manu unius possessoris ad manum alterius: quare nemo ferme secus foret, utrum pecuniarum suarum dominium haberet, & non aliqua furtivae essent, nisi iura statuerent, ut earum dominium per commixtionem cum alijs acquireretur.

24 Bonae fidei possessor, (emptor) si postea intelligat rem furtivam esse, domino suo restituere debet non furi. Emptor tamen habet actionem contra furem de rei euietione, quam si ob illius improbitatem utiliter persequi non potest, incipit

vel infortunio suo adscribat, & non in alterius damnum retorqueat. Quod si fur sua sponte restituito precio, mercem furtiuam recipiat, emptorem permittere posse, proprii incommodi declinandi causa.

Qui rem furtiuam, quam à fure emit, alteri bona fide vendit, postea comparente domino nihil restituere debet (ratio, quia per illam rei alienę venditionem precii sibi dati ius atque dominium acquisiuit) emptor tamen obligatur ad precium restituendum, si comparens dominus equum ab eo euincat.

Quod si res furtiua alicui donata, & donatarius vendat, obligatus est venditor v. c. equi ad restitutionem precii equi domino, si is equum iure vindicationis ab emptore recuperare nequeat.

Porro sciens rem alienam vel furtiuam esse, & emens fit particeps furti.

Licitum tamen est res furtiuas modico precio redimere, ea intentione, vt dominis suis restituantur detracto precio ob rem domini vtiliter gestam.

Qui scit rem alienam esse, vendere non debet: si vero dubitat post diligentem inquisitionem venditorem non prohibetur, monito prius emptore de periculo euictionis.

§. IV.

De merce duobus in solidum vendita.

Si res duobus vendita, vni quamuis posteriori tradita sit, dominium huic acquiritur, idem tenendum est de aliis conuentionibus, permutatione, locatione. Quod si verò neutri tradita, prior emptor præfertur posteriori, iuxta reg. 54. in 6. Qui prior est tempore, potior est iure. Quod si verò Ecclesię aut ciui-

Nn 5 tati res

rati res vendita & tradita, præferenda est Ecclesiæ. Ratio, quia Ecclesiæ, loca pia, & Ciuitas priuilegiū habent, vt ipsis per legatum, donationem, venditionem, dominium absque rei traditione acquiratur. l. vlt. C. de SS. Ecclesiis.

- 29 Quæ in fraudem alienata sunt gratuito titulo, à venditoribus intra annum repeti possunt, etsi donatarius fraudis ignarus fuit; (modo res extet; nam si consumpta, non amplius obligabitur donatarius, quam inde locupletior factus est.) Quod si vero titulo oneroso alienata sunt, v. c. Venditionis titulo rescindi non potest, si alienatio facta fuerat ignoranti.
- 30 Si donatarius sciat, donationem fieri cum iniusto damno creditorum, videtur in conscientia obligatus ad restituendum, tamen si non repetatur. Cooperatur enim donatarius ad talem alienationem consentiendo, seu acceptando, vnde licet suadendo non impellat, ideoque non sit causa efficiens quoad principium, est tamen causa efficiens quoad executionem.

§. V.

Quæ res vendi possint, vel non.

- 31 Res sacra, homo liber (extra necessitatem) item publicum forum vendi non possunt.
- 32 Ea quæ in spe sunt, fœtura gregis, fructus agrorum, lucra; item iura nostra & actiones vendi possunt: sed actiones non potentiori ratione officii seu potestatis exercendæ in debitorem.
- NB. Debitum quod difficile ac solutionem habet, tantò minus valet. v. c. 90. hoc anno soluendo pro 100. futuro anno.
- 33 Probabile est, quod ius seu chirographum ad accipiendum

cipiendum sequente anno 100. minore tunc emi
possit, pua 90. Ob periculum aut difficultatem af-
sequendi: ob cessans lucrum seu commoditate præ-
sentis pecuniæ, qua se priuat emptor chirographi.

Nemo inuitus rem suam vendere cogitur, exce- 34
pris casibus publicæ necessitatis, aut publici fauoris.
1. Si publica necessitas & inopia sit. v. c. frumenti, &c.
tunc cogi possunt ciues ad vendendum, & in casu
communi solis ciuibus & non exteris, si vtrisque non
sufficiat. quod maior in necessitate priorum ci-
uium, quam exterorum ratio habenda sit. Cuius-
modi legibus iustis, latis in commodum communi-
tatis etiam Clerici se conformare debent. 2. Ob fa-
uorem publicum, vt si fundus personæ priuatæ ne-
cessarius sit ad palatium principis, collegii, amplian-
dum, & prohiberi potest, ne quis altius ædes ædifi-
cet, si exinde videri possint religiosi, damni tamen
debet fieri compensatio. Artium quoque professo-
res cogere possunt fabrum ferrarium, vt ex officina
sua migret, si publicis lectionibus, quarum publicus
fauor censetur, impedimentum creet. 3. Si domi-
nus alicuius loci, nimia sæuitia utatur in suos subdi-
tos, & monitus non desistat, à Magistratu compelli
potest ad vendendum dominium, vel omnino pri-
uari iurisdictione.

§. VI.

De Retractu Gentilitio.

Retractus gentilitius est ius, proximo venditoris 35
consanguineo concessum, factam venditionem
ad se reuocandi, eodem oblato precio, aliisque qui-
busdam obseruatis. Ratio; Ne possessiones paternæ
ad alienas manus veniant, quod satis lugubre esset.

NB. No.

NB: Nomen venditionis non debet extendi ad alias alienationes, donationem, locationem, legatum. Præterea consanguineis denunciatione venditionis facta, conceduntur 2. menses sine denunciatione, etiam ignorantibus annus & dies. Fructus ante renunciationem sunt prioris emptoris.

36 Ius istud retrahendi imitatur actionem realem, ut adversus quemcunque possessorem, etiam tertium emptorem &c. institui possit.

NB. Neceffe est, ut proximus agnatus sibi retrahat, non in utilitatem alterius, & in fraudem emptoris, vel aliorum consanguineorum, quibus post ipsum ius retrahendi competit.

§. VII.

De negotiatione & Monopoliis.

37 **N**egotiatio dicitur, cum merces ex proposito emuntur, ut postea carius distrahantur luci causa. Verum si per accidens fiat, ut quod ad proprium usum emptum est, postea offeratur occasio vendendi carius, non est negotiatio, cum id potius spectet ad œconomicam gubernationem, quæ etiam in personis Ecclesiasticis commendatur.

38 Negotiatio per se mala non est (quia mercium precii latitudo quædam est, ut proinde eadem merx, intra iustitiæ limites minoris emi, ac postea pluris vendi possit; tum quia mercium precia, pro temporum ac locorum varietate mutantur. Per accidens tamen ob hominum cupiditatem & malitiam, peccati causa existant, animum hominis à cælestibus auocantia, unde & Clericis seuerè interdicta.

39 Negotiatio propriè dicta, videlicet si res emptæ, non

non immutatæ, postea carius vendantur, personis Ecclesiasticis sub mortali peccato prohibita, excepto tamen necessitatis casu, si alio modo vitam sustentare nequeant.

Negotiatio improprie dicta, quæ est rerum in melius mutatarum, lanæ in pannum, exceptis quibusdam casibus, prohibita est Clericis ac Religiosis, licet non tam seuerè, quare ex tali etiam negotiatio- ne tributum & vectigal magistratui soluere debent, sicut alii negotiatores. Excipe, si Clerici proprias vineas, possunt vèdere, sed cauere, ne ex domibus suis faciant tabernas, possunt locare iumenta sua, item ex lana empta, iuxta Apostoli exemplum, Act. 18. manuum labore elaboratam, materiam diuendere.

Clericus tradendo alteri pecuniam vt negotietur cum eadem non potest grauis peccati damnari, sed partem lucri excipiat, idq; ob necessitatem vel consuetudinem Regionis.

Qui coemptione, v. c. siimenti inopiam & charitatem inducunt, videntur peccare contra iustitiam, quia primæuo iuri ac naturali, secundum quod omnia hominibus communiter à Deo creata & donata sunt, quàm maximè aduersatur.

Monopolium (est cum vnus vel plures è Republ. consequuntur, vt ipsi soli genus aliquod mercium ad vitam necessariorum, pretio quo ipsis libitum est, vendant), illicitum est, nisi ob iustam causam publica autoritate permittantur, v. c. ob inopiam mercatorum.

Mercatores contra iustitiam peccant, si inter se conueniant, vt non sine summo precio aliquod genus mercium diuendant. Ratio, quia emptoribus nō solum Cæsareis, sed omnium gentium legibus, si re- rum

rum precia taxata non sint, concessum est licitari, ut
semper summo precio emere cogantur. Hoc autem
iure eos spoliant mercatores, illicita & legibus inter-
dicta illa conuentione, ergo iniustum damnum ipsi
inferunt.

CAP. XVIII.

De Censibus.

I **A** Pud Canonistas Census significat ius contra-
actu aliquo constitutum, pensiones siue redditus
annuos ex realiqua percipiendi. Hoc sensu duplex
est Census; Vnus reservatiuus (cum quis fundum
pleno dominii iure in alterum transfert, reuerata
sibi annua pensione ex eodem fundo iuxta exemplū
Ioseph. Gen. 47.) Alter est census consignatiuus (cū
quis contractu donationis, venditionis, vel permuta-
tionis, alteri constituit ac designat ius ex re sua (id
est censum designantis) redditus annuos percipiendi:
ut cum Princeps alicui constituit ius ex vectiga-
li suo, aut Camerae suae redditibus annuas pecunias ac-
cipiendi. Sed nos hic agemus de eo censu consi-
gnatiuo, qui emptione constituitur: qua acceptio-
ne census est species quaedam emptionis & vendi-
tionis V. C. florenis 100 à te emo ius percipiendi in
annos singulos ex agro tuo frumenti scapham, vel e-
ius valorem videlicet 5. florenos.

2 Census ita acceptus diuiditur primo in Realem
(qui fundatur super certa re vna vel pluribus, ex qui-
bus pensio soluenda est, v. c. super domo tua, agro, vi-
nea. Vnde comitatur rem, ad quamcumque personā
perueniat, quasi seruitus, siue realis obligatio pen-
sionis soluendae, donec census redimatur) ac persona-
lem, (qui fundatur super certa persona obligante se
ad an-

ad annuam pensionem sine ordine ad rem certam.)
 Secundo diuiditur Census in fructuarium, *vt* vinū,
 frumentum) & pecuniarium. Tertio diuiditur Cen-
 sus in perpetuum, & temporale, redimibilem & ir-
 redimibilem. Census temporalis diuiditur in eum,
 qui certo annorum numero definitur, & in censum
 vitalitium, qui ad vitam euentis vel vendentis con-
 sum constituitur.

Census realis tam perpetuus quam temporalis et-
 iam vitalitius ab omnibus approbatur. Nec obstat,
 quod summa pensionum temporis progressu soluē-
 darum, pretii quantitatē superet. Nam in censu
 non emuntur pensiones, sed ius percipiendi futuras
 pensiones, quod ius, communi hominum iudicio
 minoris aestimari solet, quam si pensiones omnes
 presentes essent, eò quod multa accideri possunt,
 usufructus vel non nascantur vel non soluantur.

Pereunte re, super qua census locatus est,
 etiam census corrumpitur. Ratio, quia pereunte re
 perit eius dominium cum directum, tum utile
 sine usufructus, seu portio eius, emptione com-
 parata.

Census realis, quamuis institutus sit cum pacto
 redimendi, tam ex parte emptoris, quam venditoris,
 probabiliter defenditur. Prior pars prob. Nam aliæ
 omnes venditiones sub conditione redemptionis,
 præsertim ad arbitriū venditoris licite sunt. Ergo e iā
 venditio census, cū eiusmodi pacto licita est. Poste-
 rior probatur, quia aliis emptionibus apponi potest
 pactum redimendi ad arbitrium vtriusque, cur non
 etiam in emptione census.

Aequum est, vt in censu vtriusque redimibili, ma-
 ius precium solvatur, quā in censu redimibili ex parte
 solius venditoris. Causa est, quod obligatio ista, quæ

emptori incumbit rei vendendi ad arbitrium venditoris, precio aestimabilis sit, ideoque in partem pretii recte computetur.

- 7 Census personalis tam irredimibilis, quam redimibilis ex parte solius venditoris suapte natura licitus est. Prob. Census personalis est ius percipiendi redditus annuos ex alicuius personae lucris emptore comparatum. Atque nemo negat, super persona industria constitui posse obligatione solvendi partem aliquam lucrorum annuorum. Nam ita decimae personales constituuntur: item tributa quae magistratui penduntur, saepe etiam testator gravat haereditatem suam ad pensionem annuam alteri personae solvendam. Nihil autem obstat, quominus talis obligatio empossit, perinde ac alia iura, debita & servitutes. Neque dici potest in tali census personalis emptorem virtuale mutuum, ideoque usuram palliatam intervenire. Qui enim mutuum dat, is datam sortem repetere potest. Emptor autem census personalis irredimibilis vel redimibilis tantum ad arbitrium venditoris, datam sortem repetere non potest. Quod obiciant emptorem unius annui 20. floren. precio elapsis 21. plus recepturum esse, quam dederat, id nihil refert, quia in censu non emuntur pecuniariae pensiones, siquidem pecunia emi non potest, sed emuntur ius percipiendi pensiones, quod ius commune hominum aestimatione minus valet, siquidem nemo est, qui viginti praesentes pluris non aestimet, quam ius percipiendi annum unum spacio viginti annorum: partim ob periculum non recipiendae solutionis, quod raro tot annorum decursu abesse solet: partim ob lucrum vel commodum cessans.

- 8 Census personalis ex utraque parte redimibilis ab

sup. sicuti et de hoc. sed de iure iniqui

iniquitate probabiliter defenditur, at tamen periculo usurariae intentionis non caret, prob. Si enim aliis emptoribus pactum adiici potest, non solum ad voluntatem venditoris redimendi, sed etiam ad voluntatem emptoris reuendendi, ut paria vtriusque contrahentium iura sint; cur non etiam in emptione census personalis.

Census institui potest data facultate redimendi ad certum tempus, vel non ante tempus designatum.

Census vtriusque redimibilis, adiecto etiam pacto assicurationis absolute loquendo damnari non potest, quamuis periculo usurariae intentionis non vacet. Prob. Aliis contractibus puta commodato, deposito mutuo; quorum natura alioquin postulat, ut periculum rei pertineat ad commodantem; deponentem, &c. Pactum adiici potest, ut contra eveniat, & periculum rei commodatae ad commodatarium, depositae ad depositarium spectet. Ergo etiam contractui censuali ex vtriusque parte redimibilem personali, quam reali pactum istud, quod dicitur assicurationis adiici potest; puta, si res super qua census fundatus est, secundum totum, vel secundum partem intereat, non damno emptoris, sed venditoris id accidat, ideoque venditor nihilominus obligatus sit, censum restituta sorte redimere.

Contractus societatis cum pacto assicurationis institutus est, v. c. si mercatori des 100 aureos: eo pacto, ut si in negotiatione siue lucrum ex pecunia capiat, siue damnum pariatur, annuos 5. tibi solvere obligatus sit, in super etiam ipsam sortem restituere, cum vel tibi vel ipsi mercatori societatis contractum dissolvere placuerit.

Oo

Contra-

12 Contractus in aliqua regione etiam à viris doctis & honestis celebrari solitus, non est iniquitatis facile damnandus.

13 Inter hypothecam & censualem rei obligationem discrimen est, quia onus censuale per se ac directe transit ad quemvis rei, super qua census locatus est, emptorem, legatarium, aliumve possessorem, qui inde actione confessoria statim conueniri potest. Verò hypotheca ad securitatem census annexa alienetur, tertius ille possessor, nō nisi in defectum principalis debitoris, si videlicet excussis eius bonis soluendo non sit, per actionē hypothecariam, seu quā Seruianam conueniri potest.

Vsura est, si census cum pacto assecurationis constituitur vel continetur, cum persona nullos reditus habente. Probat, tunc enim re ipsa aliud non fit, quàm quod mutuo datur cum pacto, vt praeter sortem annuam auctarium solvatur, licet hoc ipsa sub nomine emptionis siue census vel societatis tanquam pallio occultetur. *Plus autem valet, quod re ipsa agitur, quam quod simulatè concipitur.* arg. l. cum ea C. de transact.

NB. Censualis Contractus germanicus dicitur agitur à mutuo vsurario, quod ille certum fundum requirat, in quo fundatus sit, cum sit ius percipiendi redditus annuos ex alicuius fundo, negotiatione, officio, &c. certo precio comparatum, eoque fundamento penitus ruente (puta, si venditor census, aut ue heredes nullos annuos redditus habere incipiant) Contractus Censualis nullum amplius locum habere potest. Contractus mutui verò cum quacunque persona rectè instituitur, vt etiam ad heredes, & heredum heredes transmittatur obligatio, sine villo ordine

ordine ad requisitum aliquod fundamentum : sine autem ultra fortem mutuò datam aliquid accipitur, secluso alio titulo, id usurarium est.

CAP. XIX.

De Cambio.

Cambium seu permutatio pecuniarum pro pecuniis inter se est contractus secundum se licitus. Dans pecuniam in Cambium, dicitur Campsor, accipiens dicitur campfarius.

NB. Quod si immoderata lucri cupido coniuncta sit cum cambio, ea ad peccatum avaritiæ spectat, & non iniustitiæ.

Cambium aliud est minutum, (manuale) quia in eo frequenter pecuniæ grandiores cum minutioribus commutantur, aliud locale (in quo pecunia presentis commutatur cum pecunia distante in alio loco. Dicitur etiam solet Cambium per literas, quia plerumque literæ dantur, quibus mandatur correspondenti, ut in illo altero loco pecuniam solvat.

Plures tituli sunt, cur campsor in cambio minor plus accipere possit, quam dedit. 1. Titulus accipiendi plus quam dandi, est locatio operæ & obsequii, quod campsor præstat, cuius ratione iuram compensationem iure exigit. 2. est lucri celsitudinis : Nam sæpè accidit, ut vnum genus monetæ pretiosius, easque precio æstimabiles commoditates habeat, quam altera.

Pecunia duplicem usum habet, vnum principalem, ut tanquam premium rerum emptionibus serviat, alterum secundarium, ut vnum pecuniæ genus

o o z sum

cum altero commutetur, inter quæ, si aliqua rationabilis diuersitas commoditatis appareat, nihil obstat, quominus à legali taxatione recedatur, modo nulla fraus interueniat.

NB. Non est mortale contra Magistratus prohibitionem cambia exercere (quia leges tales sunt meræ pœnales.) Quod si verò quis cambium exerceret cum exteris nationibus, vt bonæ pecuniæ extraheretur, & deteriores recipiantur, cedere id potest in graue Reipubl. detrimentum, ac proinde merito Magistratu non solum sub pœna, sed etiam sub culpa prohibetur.

NB. Cambia ista, quæ præteritis annis multis in Germania exercuerunt, iniquissima fuerunt, & eodem modo Campfores per iniquitatem diuites facti sunt, & cum Reipub. detrimento.

5 Si famulus pecuniis domini sui proprio nomine lucretur, lucrum sibi acquirit, licet de damno teneatur, si quid contra domini voluntatem cambium inferat. Ratio, quia quod ex pecuniâ acquiritur, id non est lucrum siue fructus rei, sed potius industria, quare non rei domino debetur, sed negotiâ siue industriam applicanti. Quod si v. c. princeps specialiter præbeat suis officialibus, vt non nisi auro soluant mercatores, aut non alias pecunias Camera tradant, nisi grandiores, fures sunt, si non seruent.

6 Iusti tituli sunt in Cambio locati aliquid plus accipiendi, quam datum fuit. Causa autem plus accipiendi, quam postea dandi est accessorius Contractus locatæ operæ ad pecuniam formaliter aut virtualiter transferendam ad locum, quo campfarius vult

Si enim Monachio Romam vsque 100. thalerum transferre debeas, laborem ac periculum subiturum

es, & expensas factururus, quo onere te liberat camp-
 sor. Hoc autem obsequium precio æstimabile est,
 nec refert, quod campsor nullum inde onus ferat,
 hoc enim ipse industriæ adscribitur: perinde ac si
 nuncius mercede conductus ad 1000. aureos Ro-
 mam transferendos, postea aliquem reperiat, qui
 Romæ aureos 1000. certissimè numeraturus sit, non
 minus locationis mercedem accipere potest, quàm
 si reuerà transtulisset.

Tabellarius conductus à Titio, vt Augustam eat; 7
 si postea etiam ab alio rei ignaro conducatur, (imò
 inquirat) vt idem iter in gratiam sui conficiat, dam-
 nari facillè non potest, etsi ab vtroque integram
 mercedem accipiat. Omnia enim ista industriæ nun-
 cii ascribuntur, maximè cum in ea re secundo con-
 ductori nullum damnum inferat.

Merx nullo distans à loco in quo venditur, tan- 8
 to minoris æstimari solet, etsi empor sine vllis sum-
 ptibus aut labore eam accipiat postea, hoc enim per-
 tinet ad industriam eius.

Actuarium Cambii, quod à Mercatoribus se- 9
 cundum temporis expectandi proportionem exigi-
 tur, probabiliter defendi potest, idque ratione ma-
 ioris lucri cessantis, quo diutius pecuniæ solutio dif-
 fertur.

Cambia sicca dicuntur, quibus nullus iustus lu-
 crandi titulus subest. v. c. Si mercator alicui pecunias
 numeret Augustæ, vt postea restituantur Antver-
 piæ cum incremento consueto in cambiis ad eius-
 modi loca, tametsi sciat accipientem nullas habere
 pecunias, nec correspondentem Antverpiæ: ideo-
 que credat, pecuniam eodem loco restitutum iri,

Oo 3 quo ac-

quo accepta erat. Tunc enim verum mutuum cum
usurario auctario accidit.

CAP. XX.

De contractu Societatis.

- 1 **C**ontractus societatis est Conuentio plurium ad
commune lucrum (ad disting. locationem) &
damnum (æquum enim hoc est iuxta reg. 55. in 6. *Qui
sentit commodum sentire debet & onus; & contra.*) pro-
portione rerum contributarum.
- 2 Societas institui potest cum pacto assicurati-
onis ita vt vni soli periculum incumbat, modo eius
grauamen compensetur.
- 3 Societas interdum tali modo instituitur, vt vni
sociorum pecunias, v. c. alter laborem & industriam
conferat. Nam sæpè fieri solet, vt labor ac industria
negotiatoris tantumdem vel plus ad lucrandum con-
ferat, quam alterius pecunia.
- 4 Societas in pecoribus variè institui potest; inter-
dum vt tam pecora ipsa, quæ alteri traduntur, quam
fructus, detrimenta ac damna vtrique danti & ac-
cipienti communia sint. Interdum etiam ita, vt pe-
corum dominium, ideoque etiam periculum pe-
tet ad solum dantem; fructus autem ad vtrum-
que.

NB Pastor dolum & culpam præstare debet, non
casum fortuitum, quia res si casu pereat dominus
perit: dominus autem pecorum manet is, qui ea pe-
scenda dedit. Ergo.

NB. Palliatam usuram esse: Si Titius tibi tradat
100. vacas æstimatas, tali pacto, vt liceat eas tibi di-
strahere, absumere arbitrato tuo: post triennium ve-
rò quomodocunq; interim res eueniat, siuales vac-
cas, et

cas, earumque æstimationem reddere cogaris, atque interea quotannis pensionem ipsi soluere, cum hoc sit virtuale mutuum, quia perinde est, ac si Titius tibi vaccas venderet, & precium numerandum crederet, seu mutuò daret ad triennium, interim pensionē seu lucrum ex credito accipiens.

Impendia, quæ socius occasione societatis fecit, à reliquis secundum proportionem rependi debent.

Socius ratione societatis conuentus, non amplius obligatur, quàm commodè facere potest, habita ratione ne egeat nisi dolo egerit, quominus integrè satisfacere possit; nec enim æquum est dolum suum quemquam releuare: dicitur in l. cit. §. tempus autem.

Societatis contractus soluitur 1. cessante negotio aut pereunte re, 2. elapso tempore, ad quod societas intra fuit. 3. Morte vnius sociorum, nisi cautum sit, vt vno moriente inter alios societas permaneat. 4. Renunciatione seu expressa, seu tacita modo id fiat sine dolo. 5. Publicatione aut cessione bonorum.

CAP. XXI.

De ludo & sponsonibus.

Ludus alearum & chartarum, licet suapte natura (quippe quibus prudentes in Republic. vtuntur) licitus contractus sit, tamen per accidens adiuncta mala habet, ideoque humana lege prohibitus est, præsertim Clericis, qui se frequenter aut publicè cum scandalo populi ludant, peccant mortaliter. Quod si publicus lusor, postquam beneficium legitime obtinuit, Clericus esse incipiat, prius moneri debet, antequam deponatur, iuxta c. 1.

Oo 4 d.13.

d. 13. Quia multa impediunt promouendum, quae non deiciunt promotum.

- 2 Si Clerici chartis ludant propter recreationem & sine scandalo, excusari interdum possunt à peccato, quod si lex diœcesana illis prohibeat, peccant solum venialiter.

NB. Lex ista, in qua decernitur, vt qui aleis ludendo (qui lusus iure ciuili prohibitus est) ludendo perdidit, soluere non cogatur, solum pœnalis est, in ludum odium lata, ideo naturali obligatione soluendi perdidit non liberat.

- 3 Qui non parata pecunia, sed creditalusit, ac perdidit, soluere non tenetur, spectato iure Cæsareo: in locis, vbi non recepta vel abolita est ista constitutio Cæsarea, in externo foro non conceditur actio ad repetendum id, quod ludo alearum per se licitè perditum & solutum fuit; nisi valde magnæ quantitatis sit, ac in detrimentum proprii status aut famulæ cedat, quo casu partes inter se transigere debent, vt Iudicis æquitatem implorare.

- 4 In sponsonibus, qui propria persuasione, sine alterius dolo decipitur, sibi ipsi imputare debet.

- 5 Qui propria bona non habet, vt ad lucrandum, et ad perdendum in ludo inhabilis est, videlicet Religiosus aut filiusfamilias ex bonis profectus patre. Nam in Academia studentes possunt ex aureis, s. in anno florenos in honestos ludos in sumere, idq; ex præsumpta voluntate sustentantium.

- 6 Filiusfamilias vna pecuniæ depositione plus lucrari non potest, quam perdere, ideoque restituere tenetur excessum. At verò successiuè pluribus actibus nihil obstat, quominus magnam pecuniæ sumam lucratur.

NB. Pa

NB. Pupillus & minor lucrari honesto ludo non impediuntur, cum naturalis in ipsis quoque obligatio subsistat, ut dixi hoc tract. cap. 9. n. 7. Quod si vero minor animo lucrandi accesserit, & non soluendi perditum, peccabit ludendo, imò ob dolum lucrum restituere tenetur.

Vxori & Marito quatenus eis ludere & ludendo perdere concessum est, collige ex eis quæ supra dixi cap. 12. n. 6. & 7.

Olla fortunæ contractus licitus est seclusa omni fraude & reuocari potest ad emptionem & venditionem.

C A P. XXII.

De locatione & Conductione.

Locationis est Contractus, quo res alteri vtenda, vel fruenda conceditur certa pensione constituta, (equus, domus, bos ager ad 10. annos: si ultra sit emphyteuticus.) Qui concedit dicitur locator, qui suscipit conductor.

NB. In locatione non transfertur dominium, sicut in emptione & venditione, deinde res locata ante traditionem si pereat, contractus dissolvitur, & conductor liberatur.

NB. Mercede pecuniaria conductum, non licet pane aut panno soluere, &c. nisi alio modo solui non possit.

Conductor rem sibi locatam alteri locare non prohibetur, modo æque idoneo, & ad eundem vltim.

Si impedimentum accidit ex parte rei conductæ, liberatus conductor à soluenda pensione secundum proportionem temporis, quo vti frui non potuit

O o 5 (im-

(impedimentum tamen pestis non est ubique receptum) si vero ex parte conductoris impedimentum incidit, non ita liberatio contingit.

4. Expensas in rem conductam, quæ duraturæ sunt, item tributa & onera publica præstare, ad locatorem seu dominum spectat, excipe consuetudinem. Quod si conductor in rem conductam necessarias vel utiles expensas fecerit, potest ea de pensione detrahere, vel finita locatione a locatore repetere.
5. Conductor, custos, &c. ostendere debent rem sibi commissam perijisse sine culpa, V. C. pecus mortuum. Ratio, quia ea quæ facti sunt, puta rem perijisse, non creduntur nisi ostendantur partim, quia talis obligatio ex natura contractus, veluti gentium iure conductoribus & custodibus imponitur, ne ostendant rem sibi commendatam absq; eorum culpa perijisse, nisi graues coniecturæ adsint pro hominis innocentia.
6. Incendium culpa inhabitantium accidisse in dubio præsumitur; sæpè tamen, quia famulorum culpa, quam paterfamilias sistere non cogitur, incendium ortum, ideo conductor absolendus est, nisi locator culpam ostendat.
7. Propter modicum infortunium nihil colonus pensione remittitur: (ratio, quia si colonus ob vni aut alterius anni fertilitatem maius commodum capiat, nihil ipsi aufertur, nec pensio augetur. Ergo etiam modicum damnum æquo animo ferre debet) secus; si magna & plus quam tolerabilis clades facta fuit; tunc autem est immodica clades, si colonus vix recolligat tertiam partem soliti.

NB. Excipe; nisi conuentum sit, vt non obstante

quacunque, clade solvatur plena pensio, vel nisi antecedentium annorum fertilitate damnum compensetur.

NB. Si pradium inundatum sit, aut propter latronum potentiam non possit possideri rectè dicitur, non esse, quod possideatur. V.C. ab emphyteuta. Quod si ab Emphyteuta magna pensio soluenda sit, non tam in recognitionem dominij, quam fructuum, quos capit compensationem, æquitas postulat, vt remissio aliqua fiat.

Si pluribus annis ob cæli clementiam vberiores 8 fructus ex fundo proueniant, colono emphyteutico pensio augeri potest, sicuti & vice versa diminui pensionem conuenit ob cladem immodicam.

Locator conductorem tempore conductionis 9 expellere non potest, nisi in casibus iure expressis, veluti. 1. Si pensionem statuto tempore non soluat. 2. Si casus improuisus accidat, ob quem domus locata vsibus domini necessaria sit. 3. Si rem locatam reficere necessè sit. 4. Si conductor in re locata malè versetur.

Successor vniuersalis, siue hæres locationis con- 10 tractu stare tenetur. Ratio, quia eadem cum defuncto persona censetur. Non verò particularis successor, V.C. emptor, donatarius, legatarius; excipe nisi pactio interueniat, ne res locata durante locationis tempore alienetur, aut nisi ea lege emptio fiat, vt emptor conductorem ante tempus finitum non expellat. Quod si locatio fundi facta sit ad tempus longum, videlicet ad decennium, ad vitam; vt proinde transeat in contractum emphyteuticum, quo dominium vile transfertur, non potest colonus à successore particulari expelli. Ratio discriminis est.

est, quia colonus emphyteuticus ius reale utile in fundo obtinet; colonus autem merè condactus solam personam locatoris sibi obligatam habet.

C A P. XXIII.

De Emphyteusi.

- 1 **E**mp^hteusis græce, latinè dicitur insitio, siue plantatio. Nam olim terræ incultæ, (iam etiam cultæ) dari solebant in emphyteusin; id est, ut plantatione ac cultu meliores redderentur; utili tantum dominio in emphyteutam, siue colonum translato, et lege, ut pensionem annuam soluere cogereretur, in recognitionem dominij directi, penes eum manentis, qui prædium ad emphyteusin concessit.
 - 2 In emphyteusi ius dominij utile transfertur, in eoque à locatione distinguitur.
 - 3 In dubio, num sit contractus censualis, an emphyteuticus, præsumitur talis, qualis in eoloco usus est.
 - 4 Laudemium (quo rusticus tenetur ad omnia onera, quæ Emphyteutis communiter imponi solent) ad substantiam emphyteutici contractus necessarium non requiritur, cum is variis modis institui possit.
- Emphyteusis alia est Ecclesiastica (cuius dominium directum pertinet ad Ecclesiam, quod si laico concessa est, iudicandum erit de ea, quod attinet ad dominium utile, secundum leges seculares, et exinde tributa laicus tanquam de re ad se pertinente, principi suo seculari pendere cogatur) alia laica siue communis.
- 6 Ad emphyteuticum contractum scriptura requiri solet.

NB. Emphyteuta domino exigenti instrumentum

tum seu titulum emphyteuseos, ipsaque prædia emphyteutica & fines eorum exhibere cogitur, alioquin omnia ipsius bona emphyteutica censebuntur. Quod si verò emphyteuta iure præscriptionis se defendere possit, ostendens se 30. an. spacio si emphyteutis laica sit, vel 40 annorum si Ecclesiastica, fuisse in pacifica possessione rei emphyteuticæ, & tanquam emphyteutam pensionem uniformem domino per soluisse: tunc alia probatione ad ostendendum titulum emphyteuseos opus non erit, iuxta Mascardum, & est communis sententia.

Impendia, quæ ad fundi conseruationem & fructuum collectionem spectant, Emphyteuta præstare debet, & cauere, ne deterior fiat. Quod si verò domus, horrea; putei absque culpa emphyteutæ collapsa sint, ad dominium pertinet ea restaurare. Ratio, quia substantia fundi ad dominum pertinet, rei autem substantia domini damno perit. Quod si per emphyteutæ negligentiam fundus deterior factus sit, priuari potest iure emphyteuseos, & vsusfructus fundi cum proprietate consolidari; requiritur tamen ut iudicis arbitrio deterioratio notabilis sit, idque culpa lata, vel leui.

Si emphyteuta 3. annis continuis in emphyteusi laica, duobus verò annis in emphyteusi Ecclesiastica pensionem integram non soluat, ipso iure cadit in pœnam commissi. Excipe; 1. Nisi dominus debitor sit emphyteutæ, ut compensationi locus esse possit, 2. Si emphyteuta pensionem offerat, & per dominum stet, quo minus recipiatur. 3. Si ob ignorantiam pensio non soluat, quia videlicet hæres nesciuit rem emphyteuticam esse: nam ubi culpa non est, neque pœna commissi locum habet, secundum

dum æquitatis rationem. Porro; Emphyteuta ob negligentiam non soluendi canonem, pœnam commissi, seu priuationem iuris, vtilitatisque prius non incidat, quam dominus voluntatem exequendi pœnam declarat. Quod si dominus omiserit voluntatem suam declarare, cum facillè ei licuisset: non potest deinde eius successor caducitatis pœnam exequi, imò nec sic contra hæredem. Aliàs potest dominus emphyteutam negligentem & renitentem propria autoritate eijcere.

NB. In emphyteusi Ecclesiastica, si post elapsum biennium, intra 10 dies, oblati pensionibus emphyteuta moram purget; postquam dominus à negligente emphyteuta pensiones accepit, præsumitur ius ab ipso reuocandę emphyteuseos condonare.

Ecclesia præteritas pensiones debitas, quæ ante incursum caducitatem debitæ erant, petens vel accipiens, pœnam caducitatis non censetur remittere.

- 9 Si emphyteuta, domino non requisito rem emphyteuticam alienet per venditionem, ipso iure priuatur, ea propter domino duo menses conceduntur, partim ad deliberandum, an ipsemet ius emphyteuticum emere malit, partim ad explorandum, an emptor notus idoneus sit, vt eum deinde in possessionem emphyteuseos suscipiat, accepto pro inuestitura laudemio (est per consuetudinem pars vicestimæ pretij seu æstimationis emphyteuseos.) Excipitur, nisi clausula in inuestitura apposta sit, vt illius alienatio fieri posset cuicumque; tunc enim interpretanda, est clausula, vt domini consensus non requiratur. Quod si emphyteuta fundum emphyteuticum alij in em-

in emphyteusin concedat, qui contractus dicitur sub emphyteuticus, requiratur domini consensus, cum sit species alienationis.

Potest tamen emphyteuta fundum oppignorare, 10 ad vitam suam locare, censum, vel seruitutem in illo, etiam irrequisito domino constituere.

Titulo lucratiuo legari, donationis, dotis, non 11 prohibetur emphyteuta fundum emphyteuticum in alterum transferre, salvo tamen iure proprietarij, & cum significatione domini, vt donatarium idoneum ad emphyteusin agnoscat, & inuestiat, accepto laudemio, si extraneus sit. Quod si emphyteuta alia bona habeat, non potest dare fundum emphyteuticum in dotem domino irrequisito; sed licet eo casu det, durare tantum ad vitam dotantis; & dotare.

Emphyteusis alia est simpliciter hæreditaria (con- 12 cessa cum facultate transferendi ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, in qua non requiritur domini consensus, si ex inuestitura appareat concessam fuisse cum libera facultate alienandi) alia mixtè hæreditaria, (quæ concessa est pro filijs, seu descendens, ijsque hæredibus) alia est emphyteusis ex pacto seu prouidentia (quæ data est pro filijs seu descendens, vel absolute, vel in certas generationes, & ad hanc non requiritur, vt filius sit hæres, sicuti in mixta, cum possit etiam repudiata hæreditate paterna succedere in emphyteusi (quod in mixta non) quippe quam non iure hæreditatis, sed ex pacto, seu prima institutione accepit.

NB. Si emphyteusis absolute alicui concedatur: Do tibi hunc fundum in emphyteusin, nulla facta

facta expressione hæredum, censeretur ex pacto.
Ratio, quia emphyteusis sicut & feuda ita concedi
solent.

13 Emphyteusis alicui concessa pro se & filijs suis,
comprehendit etiam fœminas. Ratio, quia nomen
filiorum etiam fœminas comprehendit, per consue-
tudinem tamen non admittuntur fœminæ, nisi defi-
cientibus masculis. Emphyteusis tamen alicui con-
cessa, pro filijs & hæredibus aut successoribus ceteri
debet hæreditaria, vt ad extraneos quoque transire
possit. Ratio, quia nomine hæredum etiam compre-
henduntur. Si consuetudo sit, vt in Ecclesiastica em-
phyteusi nomine hæredum non intelligantur nisi
descendentes, excluduntur extranei.

14 Emphyteusis, etsi absolutè hæreditaria sit, tamen
in personam potentiorē transferri non potest, ma-
gisque priuilegiatam, V.C. Ecclesiam, Ciuitatem.
Ratio, quia proprietarij conditio deterior redderetur
tali alienatione, cum difficilius emphyteusis ad
eum reuertetur.

NB. Si bona alicuius ob crimen confiscentur,
consuetudine receptum est, vt emphyteusis & feuda
Ecclesiastica statim ad Ecclesiam reuertantur.

25 Si emphyteuta Religionem profiteatur, quæ
pax est immobilium bonorum, transit emphyteuta
ad monasterium; si sit ex pacto ad dies vitæ, si hæ-
reditaria, tunc post mortem Religiosi debet vendi,
quia alioquin omnem spem proprietarius amitteret
accipiendi laudemium. Quod si Religionem ingre-
diatur emphyteuta, quæ capax non est stabilium bo-
norum S. Francisc. Capucc. Soc. Iesu, emphyteusis
pertinet ad hæredes legitimos. Ratio, quia professio
talis Religiosi morte naturali æquiparatur.

NB. Et

NB. Etsi in inuestitura expressum sit, vt emphyteusis non transferatur in Ecclesiam, non impeditur ista translatio in monasterium, tum quia non est alienatio propriè, cum monasterium possideat locum Professi, tum, quia prohibitio alienationis intelligenda est de alienatione voluntaria: Non autem de ea, quæ ex legis dispositione necessario fit; qualis existit, vt omnia bona professi in monasteria transeant.

Pa. et vni filiorum donare vel prælegare potest ¹⁶ emphyteusin, si hæreditaria sit (ratio; quia eiusmodi bona censentur potius libera seu allodialia, quam emphyteutica.) Sin verò ex pacto, non potest in præiudicium aliorum liberorum, nisi sit emphyteusis noua, & primitus acquisita; idque cum consensu domini. Ratio; quia pater stipulando pro se & filijs suis censetur stipulatus cum dependentia liberorum à sua persona, ita vt nullum ius habeant aucte mortem ipsius.

NB. Emphyteusis mixta non potest prælegari cum diminutione legitimæ aliorum liberorum; si emphyteusis sit antiqua, ne quidem cum domini consensu, vni liberorum prælegando, alijs præiudicare potest. Ratio, quia post mortem primi acquirentis ius descenditibus acquisitum est, ex vi primæ inuestituræ.

Si tempus iuris emphyteutici ad hominis vitam, ¹⁷ ad 2. aut 3. generationes concessi finitum sit, non tenetur dominus secundum iuris rigorem, agnatum proximum, quamuis idoneus sit, inuestire, idque de iure & non de consuetudine. Nam contrahens ex contractu non plus obligatur, quam inter partes conuentum est.

Pp

Laudo-

- 18 **Laudemium ex venditione fundi emphyteutici** (quando ususfructus à proprietate seiunctus est) usufructuario non proprietario debetur. V. C. patet non filio ex bonis aduentitijs. Ratio, quia omne emolumentum, proueniens ex re fructuaria, debetur usufructuario.

NB. Si emphyteuta fundo emphyteutico prius est ob canonem non solum, meliorationem domino repetere non potest.

C A P. XXIV.

De Feudo.

- 1 **F** eudum (sic dictum à fide seu fidelitate) vel donatio ac beneficium est, ob quod fidelitas personale obsequium à vasallo exigitur.
- 2 Feudum emphyteusi conuenit 1. Quia vtrumque constituitur in re immobili. 2. Vtrunque transfertur usufructus in vasallum, manente proprietate domino. 3. Vasallus etiam vti emphyteuta inuestitur, debet, siue in possessionem mitti, vel corporaliter, vel per iuris fictionem, tradendo anulum, cetera, vt acquirit ius ad rei possessionem. 4. Vasallus non potest alienare feudum sine consensu domini, alioquin cadit in commissam, & alienatio irrita est.
- 3 Feudum magis alienari prohibitum est, quam Emphyteusis, quouis titulo oneroso seu gratuito, etiam ne quidem, quo ad dotem. Consuetudo tamen promittit, vt domino non requisito, terras incultas, possit ad longum tempus locare, in emphyteusim dare, imò etiam alium vasallum sibi sub infeudare. Omnia tamen sine praiudicio Domini.

Duplex est feudum : Nouum (quod primò alicui 4
 acquiritur est beneficio solius conferentis) Anti-
 quum (quod ab ascendente, iure agnationis ad alte-
 rum transmissum fuit.) Item aliud est hæredita-
 rium, *Erblehen* (quod alicui simpliciter concef-
 sum est pro se & hæredibus) aliud gentilitium, seu
 ex pacto & prouidentia *Stammlehen* (quod con-
 cessum est alicui pro se & solis filiis.) Nam appel-
 latione liberorum in materia feudali, veniunt soli
 masculi, & non fœminæ, nisi specialis earum men-
 tio fiat, & licet fœminarum mentio fiat, tamen
 non admittuntur, nisi in defectum masculorum.
Mynfinger.

De feudo nouo vasallus cum Domini Consensu 5
 disponere potest, etiam non requisita voluntate, a-
 gnatorum. Ratio, cum enim in hoc feudo descen-
 dentibus vel agnatis nondum ius acquisitum fuit,
 ideo primus acquirens de eo tanquam de re sua pro
 arbitratu disponere potest. Excipe, nisi feudum no-
 uum concessum sit speciali fauore alicuius filij, vel
 ita, ut sit instar antiqui, tunc alienari non potest
 cum præiudicio filiorum aut collateralium, qui ab
 eodem illo communi stipite, patre, auo, proauo des-
 cendunt.

De feudo propriè hæreditario vasallus suo pte ar- 6
 bitratu disponere potest. Ratio, quia tale feudum ra-
 tione primæ inuestituræ ad quoscunque etiam extra-
 neos deuolui potest, reseruata domino directo, fide-
 litate, à feudi successore præstanda.

De feudo antiquo ex pacto vasallus non potest di- 7
 sponere sine renuntiatione agnatorum, etiam cum
 domini consensu. Ratio, quia agnatis ex pacto &
 prouidentia primi tum conferentis, tum acqui-

rentis, ius acquisitum est; cui pactum vel depositum posterior obesse non debet. Potest tamen Vasallus ex fructibus feudi disponere ad vitam suam.

- 8 Bona feudalicia ex pacto, sicut & emphyteutica omnino separata sunt ab hæreditarijs seu allodialibus, nec possunt confiscari, eò quod nulla bona possunt confiscari, nisi ea quæ possunt deuolui ad emphyteucos.

NB Feudalia bona non possunt computari feudo in legitimam. Deinde proximus agnatus repudiata hæreditate in feudo succedere potest; quia in feudo antiquo ex pacto iure agnationis, & non iure hæreditatis succeditur. Eadem ratio est de emphyteuti concessa licui pro se & filijs, non exprimendo, quod debeant esse hæredes.

NB. Bona feudalicia non veniunt in generali bonorum obligatione aut hypotheca.

- 9 Feudum differt ab emphyteusi; quod in emphyteusi annua realis pensio soluitur: in feudo autem pleiunquæ obligatio personalis tantum est, honorem ac reuerentiam domino præstandi ac defendendi contra omnes modolito. Potrò Vasallus notarius primus, sed etiam filius, aliusque successor intra annum & diem fidelitatis iuramentum domino præstare debet inuestiturae renouationem, præstare iuramento petere cogitur, nisi iusta causa excaleturum, si dominus moriatur, vasallus intra diem & annum, ab hærede aliove successore illius inuestituram petere & fidelitatem iurare cogitur, alioquin feudo priuatur, saltem per iudicis sententiam. In quibusdam etiam feudis consuetudo est, vt vasallus in recognitionem dominij directi, realem pensionem præstet non tantum cum nouus vasallus inuestituram

Anfall sed etiam cum mortuo domino, alius eidem succedit *im Herrenfall*. In qua discrepat ab emphyteuta, qui laudemium semel tantum, cum inuestitur, pendere cogitur.

In feudo iure communi foeminae non succedunt, nec clerici in sacris constituti, nec religiosi, nec Episcopi, quia senire non valent: nisi feudum ex prima sua institutione & voluntate conferentis, Ecclesiasticae dignitati annexum sit.

Illegitimi quoque quamuis per Principis Rescriptum legitimi, à feudis excluduntur, nisi expressa mentio fiat. Legitimi tamen per subsequens matrimonium admittuntur. At verò in emphyteusi etiam naturales liberi succedere possunt, nisi sit Ecclesiastica, à qua illegitimi omnes excluduntur.

Feudum à Vasallo aufertur ob crimen ingratitude, erga dominum suum. 1. Si mortuo domino Vasallus intra annum & diem haeredem vel successorem illius non adierit, ut fidelitatem polliceatur, & inuestituram petat, vel per se, vel per procuratorem suum. 2. Si Vasallus dominum suum in praelio dimiserit, aut de insidijs domino paratis, dominum certiore non reddiderit. 3. Si uxori, filiae, nurui, sorori in domo domini sui adhuc manenti se immiscuerit. 4. Si conditionem feudi falsè inficiatus fuerit, requiritur tum Iudicis sententia.

NB. Si Vasallus ita in dominum peccauerit, ut feudum amittere debeat, non ad proximos, sed ad dominum reuertatur, ut scilicet hanc habeat sua iniuria ultionem.

1 **I**N deposito (quod alicui custodiendum datur)
Idolus non culpa, nisi quæ secundum præsumptionem doli æquiparatur, præstanda venit, nisi de culpa conuentum fuerit. Nam Contractus ex conuentione legem accipiunt, & nisi mercedem pro depositi custodia accipiat.

Quod si quis expressè prædixerit se damnum non præstiturum, secuto damno sine culpa in conscientia foro, ad nihil tenetur.

NB. Necessè est, vt is apud quem res deponitur, obligationem contrahat, vt eius curam suscipiat conuentione vel expressa, vel tacita.

Quod si cista deposita fuit, & qui deposuit, queritur, aliquid ex ea amissum esse, ipsi incumbit probatio, talem rem in cista fuisse.

2 In Contractu depositi adeò fides seruanda, vt etiam furi deponenti restituere debeas, nisi dominum vna cum fure reperat.

3 Depositarius absque consensu domini expresso vel tacito, re deposita vti prohibetur, alias incurrit crimen furti.

4 Cæsareo iure prohibitum est, ne pecuniæ publicæ titulo mutui, alterius contractus exponantur. Et tamen officialis à culpa mortali excusari potest, si in aliquo casu certum sit, nec Magistratui nec libidinis vllum in ea re damnum inferri, aut lucrum decedere, imò etiam si Magistratus expressè prohibet, non mortale, modò æquè bonæ pecuniæ tempore solutionis in promptu sint.

5 Depositarij possunt esse omnes (Clerici etiam d

fœminæ) qui iudicij discretionem habent; Religiosi male faciunt, si sine consensu Prælati fiant depositarij.

Ecclesia vel Monasterium non tenetur, si depositum dolo aut culpa lata Clerici vel Religiosi amissa fuerit, nisi capitulum consenserit in depositi susceptionem Quod etiam dicendum de Prælato, apud quem res deposita fuit, quia delictum personæ non debet redundare in detrimentum Ecclesiæ.

Sequestrum species quædam depositi est (sequer dicitur, apud quem plures eandem rem de qua controuersia est, deposuerunt.)

NB. Sequestratio duplex est, voluntaria & necessaria. Voluntariæ seu quæ partium consensu fit, ea natura est, ut dum apud sequestrum res deposita manet, nisi aliter conuentum fuerit, neuter possidere censeatur: quia ei postea à sequestro tradenda erit, quæ post causæ cognitione superesse censebitur.

Necessaria est (quæ à Iudicè certis casibus fieri potest, videlicet, si periculum sit, ne res pereat, per fugam, per absorptionem, per dilapidationem, item si maritus ad inopiam vergat, ipsius bona pro dore sequestrari possunt.

C A P. XXVI.

De Mandato procuratore, Syndico.

Mandatum est officium ab eo, qui gratis accipit exequendum, quod si merces interueniat in locationem transit. Remuneratio tamen mandatario facta, non est ita strictè debita, ut compensatio in locis esse possit.

NB. Salarium Aduocatorum, Procuratorum constituendum ad Iudicem pertinet.

NB. In-

NB. Inter mandantem & mandatarium con-
uentio interuenire debet saltem tacita.

2 Mandatarij officium est, vt mandatum fideliter
exequatur, alioquin famæ periculum incurfus.

Mandans ratum habere debet, quod nomine eius
à mandatario gestum est, præterquam si fines man-
dati excessit; nam gesta contra, vel præter formam
mandati, irrita sunt. V.C. Si à me iussus equum ven-
dere aureis 100, vendidisti 90. non teneor ratum ha-
bere venditionem. Si autem plaris vendidisti V. C.
110. non censetur fines mandati transgressus; res-
tuendum tamen est illud, quod quanto plaris vendi-
tum, nisi dominus contentus esse videatur.

3 Mandans mandatarium indemnem seruare de-
bet: nemini enim officium suum damnosum esse
debet; nisi salarium interueniat; vnde famuli am-
tententes ensem in via non possunt eum exigere à do-
mino.

4 Rei turpis nullum est mandatum.

5 Mandatum aliud est generale, aliud speciale. Ge-
nerale non extendit se ad ea, quæ speciale man-
datum exigunt, qualia sunt, facere alienationem, trans-
actionem, oppignorationem; excipit nisi generale
mandatum fiat cum potestate plena ac libera V.C.
Syndicis & administratoribus ciuitatum.

NB. Literæ Credentiæ, quibus generatim in-
tinetur, vt offerenti eas plena fides habeatur, non
obligat scribentem; secus verò, si fides literis haberi-
da magis specificata sit; V.C. latori huic plene à me
informato habebis omnem fidem.

6 Mandatū per reuocationē expirat, si res integra sit,
tunc

tunc autem res integra censetur, cum nondum cepit mandatarium interesse; quod si negotium ceptum, revocari non potest. 2. per renunciationem. 3. morte mandantis re integra. Excipe executionem dotis, ob specialem fauorem dotis & piam causarum. V. C. Eleemosynarum. 4. Morte mandatarium.

Procurator (qui aliena negotia mandato domini administrat) alius generalis, alius specialis; & procurator debet exhibere literas & formam mandati. 7

Porro procurator alius est ad lites siue iudicia (debet esse maior) alius ad negotia. Procurator ad lites non potest alium substituere, nisi id mandato continetur, aut in propria causa.

Procurator ad lites differt ab Aduocato, quia cum procuratore contrahitur, & mandati actio in eum competit, quandoquidem litem alterius absentis nomine, prosequendam sponte suscepit. Aduocatus vero obligatione mandati non constringitur, sed Clienti in iudicio presentis patrocinium & defensionem praestat. 8

Procurator nemo esse cogitur, quia uti nemo iniustus contrahere cogitur, ita etiam nemo officium procuratoris suscipere cogitur; sed Aduocatus ad defendendas personas miserabiles à Iudice compelli potest, à diuitibus Salarium iustum accipit. 9

Iritum est pactum quod vocant de quota litis obtentae soluenda aduocato, videlicet ut certa pars eius, quod ex lite prouentum est procuratori cedat, certa quantitas tamen pro victoria obtenta promissa potest solui, modo id sit moderatum, & lege specialis non prohibita. 10

Clericus in sacris, & beneficiatus in causa civili, si aliena sit, procurator vel aduocatus esse non potest, 11

pp 5 potest

potest tamen in causis Ecclesiasticis, v. el coram iudice Ecclesiastico.

12 Religiosi munus Aduocati omninò prohibetur, præterquam in causis sui monasterii.

13 Syndicus dicitur procurator alicuius Communitatis.

14 Procurator vel mandatarius, si se habeat, vt merus interuentus (v. c. ad prolem baptismo suscipienda, ad matrimonium nomine Regis contrahendum, sibi nullum ius aut actionem acquirit, sed tantum domino suo seu principali.

Quod si verò aliquis mandatum quidem ab altero habeat contrahendi, v. c. merces emendi, contractum tamen nullo exposito mandato, veluti suo nomine celebret. Talis non solum ius & obligationem sibi ipsi acquirit, sed etiam executio sententia in eiusdem bonis fieri solet: licet postea actione mandati hoc ipsum repetere possit à mandante.

CAP. XXVII.

De Actione ex iussu, & de in rem verso.

Contrahens cum eo qui in alterius potestate est, interdum actionem acquirit aduersus dominum, siue eum, qui illum in potestate habet, siue iussu, siue de in rem verso. Vel enim, qui in potestate positus est, voluntate & iussu domini, patris, praelati, contrahit, vel sine eius iussu. Si iussu interdum est iussus directus, quo casu competit actio ex iussu aduersus dominum, patrem, praelatum, in solidum, quatenus iussit seu intra fines & formam iussionis. Interdum interuenit iussus interpretatiuus, puta-

postea ratum habeatur, in his quoque actio ex iussu competit.

Actio exercitatoria & institutoria ex iussu, si quis videlicet maritimæ vel terrestri negotiationi alium præposuit, censetur ratum habere quicquid in tali negotio gesserit, dummodo fines negotii non excedat, competit aduersus præponentem, tanquam ex iussu generali.

Inter mandatum & iussum hoc interest, quod iussum necessitatem imponit (v.c. seruo) sed mandatum liberè suscipitur.

Quod ad actionem de in rem verso attinet, si personæ in potestate alicuius positæ sine iussu eius expresso & tacito contraxerunt, tunc absolutè loquendo, non obligatur pietatis, v.c. ex contractu Religiosi; pater ex contractu filii, famuli, sed solum quatenus in rem eius aliquid versum esse demonstrari potest.

Monasterium non obligatur ex contractu aut delicto Religiosi, exceptis casibus: 1. Si Religiosus communicato consilio cum prælato & capitulo delictum commisit: quia delictum Prælati & Capituli nocet Ecclesiæ. 2. Si Religiosus administrationi præpositus aliquid egit aut contraxit, secundum limites commissionis & officii. 3. Si Religiosus in Academia vel alibi cum licentia prælati degens, sumptus faciat, vel pecunias mutuo accipiat, secundum quantitatem illi destinatam.

NB. In rem alicuius aliquid versum esse, est si quid vel domino vtiliter computatum, vel in quoscunq; sumptus necessarios, aut vtilis domino expensum fuit.

Non

- 5 Non censetur aliquid in rem meam versum esse, nisi quatenus exinde locupletior factus sum.
- 6 Si famulus vinum numerata pecunia domino emere iussus, impetrata fide de solutione, pecuniam intercipiat, & aufugiat contra dominum, neque ex iussu, neque de in rem eius verso, actio competere potest quia l. 3. §. sed si sic. ff. de in rem verso: *Et qui non est, ut vel credulitas creditoris domino absit, vel calliditas serui noceat; quare curiosus creditor esse debet, quo probatur.* Nec ex iussu, quia dominus non iussit, ut obligatio mutui seu crediti contraheretur, sed ut pecunia praesente emeretur.
- 7 Actio, quod iussu, seu exercitatoria, seu infortiora commodior est, quam actio de in rem verso. Nam scilicet quis faceret, si omissa actione, per quam mortuum à domino propter voluntatem & iussam eius consequi potest, adigat se ad difficultatem probandi rem creditam in utilitatem domini rem versam fuisse.

C A P. XXVIII.

De Negotiis gestis, aliisque obligationibus ex quasi contractu.

- 1 **Q**ui absentis negotia gerenda utiliter suscepit, actionem negotiorum acquirit, etiam contra ignorantem, qua compellitur, rem gestam ratam habere, item expensas necessarias, damnum & compensationem laboris facere, & id utilitatis causa deceptus est, ne absentium desererentur negotia, quae sane nemo curaturus esset, si de eo, quod quis impendisset nullam habiturus esset actionem. Et competit haec actio negotiorum gestorum, tamen si negotii eventus infelix fuerit, dummodo negotii gestor prudenter & utiliter

vilitate egeat, v.c. Si equum Titii de manu furis, aut militis, tanquam illius negotium gesturus exiguo pretio redimas, sed dum equum ad dominum reducis, fortuito casu pereat, nihilominus precium & expensæ sibi restituendæ sunt, reddita tamen ratione administrationis domino.

Inventor rei alienæ nihil à domino ratione inuentionis exigere potest, iuxta l. falsus. Qui alienū quid iacens lucrifaciendi causa sustulit furti obstringitur. Nihilominus tamen compensationem laboris & expensarum factarum, rem ad dominum deferendo exigere potest. Ratio, quia gratis non tenetur ad expensas & laborem.

Qui ex gratia aut mera liberalitate in alterum expensas fecit, non potest deinde, mutata voluntate, repetere.

Dominus famulo ægrotanti non cogitur præstare salarium, neque expensas maiores, sed tantum simplicem victum. Excipe, si consuetudine loci receptū sit, vt dominus famulo propter infirmitatem nihil de annua mercede detrahete possit.

Salarium constitutum repeti non potest, ab hæreditibus aduocati mortui; quia per eum non steterat, quo minus causam ageret; Idem etiam locum habet in professore scientiarum, ob legitimum impedimentum non docente.

Mater & auia in dubio censentur filio præstare alimenta, non animo reperendi sed materno affectu. Alia verò ratio est de vitrico, qui in dubio non præsumitur alimenta gratis præstare priuigno, propria bona habenti, quod si priuignus fuerit in seruitio vitrici, alimenta repeti non possunt.

CAP.

- 1 **O**bligatio fideiussoris (est quæ de alterius obligatione interposita propriæ fidei & obligationis cautione securitatem præstat) accessoria est alteri obligationi; saltem naturali; adeo ut hoc casu fideiussor etiam ciuilitè compelli possit: V. C. proferuo, vel minore fideiubens: si autem is cuius promissionem fideiussor accedit, nec naturaliter, nec ciuilitè obligetur, nulla etiam in fideiussore oriri potest obligatio.
- 2 Qui pro Religioso fide iubet, censetur ad idè obligare, quod Prælatus & Capitulum rem ratam habebunt.
- 3 Fideiussor intentius obligari potest, quam principalis; ut videlicet ciuilitè magis obligetur, non tamen obligari potest extensius, ita ut ad plus obligetur.
- 4 Fideiussores alii in iudicio suscipiuntur, (sunt tales, qui se obligant, quod rei seu criminis, seu debiti sustentur in iudicio seu criminali seu ciuili, & iuxta quod iudicatum fuerit, solutum iri) alii extra iudicium. Deinde alii simpliciter dicti fideiussores sunt (interponentes scilicet fidem suam in id, quod principalis debet) alii indemnitate, qui non obligant se simpliciter; sed quantum minus creditor a debitore suo consequetur. Atque hi ante conueniri non possunt, quam facta discussione principalis debitoris. Fideiussores autem simpliciter dicti, conueniri quidem possunt, sed opponere eis licet exceptionem ordinis, ut videlicet prius discussio fiat bonorum debitoris principalis, si præsens sit, in eius

verò defectum, se postea soluere paratos esse. Excipere, nisi notorium sit, principalem debitorem soluendo non esse, quia frustra fieret discussio, item si debitor, quia nimis potens conueniri non potest; item si nemo sit, qui emat excussa bona, quo casu creditor diu expectare non cogitur.

Ordinarie quicumque principaliter obligari, idem 5 etiam fideiussor esse potest. Excipere, mulierem, quae si fideiusserit, opponere potest exceptionem S. C. Velleiani, quo minus soluere cogatur, etiam in conscientiae foro, quippe quod ob sexus fragilitatem boni publici causa introductum est. Quod si per errorem mulier soluerit, retinere quidem potest creditor, sed mulier potest rursum repetere, cum exceptio illa fauorabilis sit. NB. Id locum non habere in exceptione odiosa, v. c. in S. C. Macedoniano.

NB. Quod si Mulier precium pro fideiussione accepit, aut publico instrumento coram testibus permiserit se fideiussuram, obligatur sublato omni S. C. Velleiano. Ratio, quia tunc non ex leuitate aut naturali fragilitate, sed pro praemio consequendo intercessisse creditur.

Consuetudo obtinet, vt mulier S. C. Velleiano 6 renunciare queat, modò à Notario sufficienter instructa sit. Quanquam de hoc spectato iure communi dubitari potest, si iuramentum non intercedat: quia eadem facilitate, qua ad fideiubendum, etiam ad renunciandum Velleiano adduci possit.

Clericus in damnum proprium fideiubere potest, 7. ita enim consuetudo obtinet. Quamquàm etiam tunc ex fideiussione non tenetur, nisi quatenus commodè soluere potest, ita vt non egeat. Sed Clericus non potest fideiubere in prauiudicium Ecclesiae suae, multo

multò minus religiosus. Prælatus tamen in remōdica.

- 8 Si plures fideiussores sunt omnes ad soluendum idonei, non nisi secundum portionem obligantur, quod si vnus soluat, potest cogere creditorem, vactionem sibi contra reliquos fideiussores cedat, per quam eos compellat, vt singuli solutionis portionem refundant.

NB. Fideiussor etiam ante sent. in conscientia tenetur soluere debitum in defectum principalis, idque ex obligatione iuris naturalis propter promissionem.

- 9 Certi casus sunt, quibus fideiussor obligatione liberatur. 1. Si ita conuentum fuit, vt elapso tempore, vel cum fideiussor id peteret, fideiussione liberaretur. 2. Si debitor principalis bona sua dilapidare incipiat, vt periculum fideiussori imminet. 3. Si fideiussor longo tempore in obligatione manserit, quod Iudicis arbitrio ex circumstantiis aestimandum est. 4. Si fideiussor ad soluendum condemnatus sit, statim antequam soluat, agere potest aduersus debitorem principalem, vt ipsum liberet, & indemnitas feruet;

C A P. XXX.

De Pignore & hypotheca.

- 1 **N**omen pignus (quod est res alteri obligata in securitatem debiti : vt si aliter satisfactum non fuerit, inde satisfieri possit) ferè rebus mobilibus hypotheca immobilibus tribuitur.
- 2 Hypotheca seu pignus diuiditur in Prætoriam, (quod subdiuiditur in Iudiciale, sic dictum, quia in executionem sententiæ iudicis auctoritate constituitur)

mittitur; mittendo creditorem in possessionem bonorum debitoris, postquam ille in soluendo contumax fuerit) est, quod ante latam sententiam à Magistratu constituitur, mittendo actorem in possessionem vel retentionem bonorum, quatenus ipsi cautum sit; pura si Reus in Iudicio non compareat) & conuentionale (quod partes contrahentes expressè constituunt, siue rei interuentu, siue solo consensu.

NB. Non prohibetur, qui rem in pignus seu hypothecam accepit, alteri oppignerare, tamen absq; præiudicio illius pignus est.

Pignus, seu hypotheca conuentionalis alia est generalis, quæ ad omnia bona se extendit, exceptis vestibus, instrumentis artificum, Doctorum libris.

Alia particularis, quæ est vnius vel plurium rerum in specie obligatio.

Legitimum siue tacitum pignus est, quod sola legis dispositione constituitur.

Talem hypothecam habet 1. fiscus in bonis cuiuscunque debitoris. 2. Pupillus in bonis tutoris Ecclesia, quia iure minorum fungitur. 3. Liberi in bonis patris pro administratione bonorum aduentitiorum. 4. Maritus in bonis vxoris pro dote promissa, & vicissim vxor pro restitutione dotis in bonis mariti, etiam per retentionem mortuo marito potest insistere bonis mariti, manendo in domo 5. Quæ à conductore in urbanum prædium inducta sunt vel illata, tacitæ hypothecæ loco obligata censentur pro pensione & damno rei.

NB. Quæ inquilinus in domum inuexit, interim à domino retineri possunt, donec ei pensio debita soluat, ob generalem regulam Gail. Si res debitoris sine

Qq ris sine

ris sine vitio perueniat ad creditorem, & subfit ca^usa
sa retinendae rei cohaerens, interim retineri posse, V.
C. Vestem à factore, ob non solutam mercedem.

4 Quae res vendi, ea etiam oppignorari possunt. Et
iam vsusfructus, Emphyteusis, quae autem vendi
prohibitae sunt, ea fermè etiam oppignerare non
possunt, ed quòd oppignatio sit species quaedam
alienationis.

5 Pignus creditor alteri oppignerare non prohibetur,
sine prauiudicio tamen debitoris.

6 Pactum legis commissoriae in eo consistens, ut si de
bitum v. c. ex mutuo ad certum tempus solutum non
fit, pignus creditoris existat, utroque iure reprobatum
tamen iustum est pactum, ut si ad certum diem
solutio facta non fuerit, iusto tamen precio secundum
boni viri arbitrium aestimando vendi debeat.
nam eiusmodi obligatio debitori imponitur, partim
in pœnam iustam propter dilatam solutionem,
partim ob interesse creditoris, ut is indemnis sit
uetur.

NB. Debitore in mora existente biennio elapsis
post trinam denunciationem pignus distrahere licet,
ipse tamen creditor non potest emere.

NB. Pœna Conventionalis mediocris, didicitur
debitore in conscientiae foro solui debet, cum
Sanchez.

7 Fructus ex pignore perceptos in partem sortis
onerandae computare debet, (quod patri meo non
conuenit.) Ratio, quia debitor manet dominus pignoris,
ideò tam vsus quam fructus, vel aestimatio
eorum eidem debetur.

8 Debitor rem, quam vni oppignorauit alteri rem

dere non prohibetur: emptor tamen de euictione tenetur.

NB. Si res particularis vni oppignerata, postea alteri oppigneretur, cum tamen ad vtriusque debiti securitatem sufficiat, refert vtrum id factum fuerit sciente priore domino atque ignorante posteriore; tunc prior ille iuri suo cedere videbitur. Sin autem inscio priore creditore, manet illi saltem ius pristinum, sed posterior si nesciuit, rem ante oppigneratam esse agere potest aduersus debitorem suum hypothecaria actione, vt rem aliam sufficientem in pignoris locum substituat. Adde, quod in hoc casu etiam actio de crimine stellionatus ob calliditatem debitoris intentari possit. Dicitur autem stellionatus, seu callidæ simulationis crimen à stellione yaticoloris animali.

Oppignerato fundo, vel alia re frugifera, etiam fructus oppignerati censentur; quia censentur pars fundi, ideoque eandem hypothecæ obligationem sustinent, & possunt à creditore vindicari, deductis expensis.

CAP. XXXI.

De Transactione.

Transactio est de re dubia & controuersa, non gratuita pactio. Dicitur de re dubia: Si enim pars transiens sciat, ius sibi nullum in re competere, tum in conscientiæ foro tum etiam in externo transfactio irrita est vel saltem doli mali exceptione rescindenda.

Qui in transactione bona fide facta immodicè læsus est, v. c. infra dimidium iusti, rescissionem eius petere non potest.

Qq 2 NB Ad

NB. Ad transactionis iustitiam necesse est, ut pro lucri pendenti arbitrio seruetur æqualitas.

NB. Transactio legitima parit exceptionem litis, perindè ac si res in iudicio decisa esset, iuxta l. si finper. Non minorem transactionem quam rerum iudicarum auctoritatem esse.

NB. Transactio est contractus reciprocus in nomine us.

3 Qui alienare rem prohibentur, ii neq; circa ea transigere aut compromittere possunt, v. c. Hæres leidei commissio grauat; Tutor sine Iudicis decreto Vasallus in feudo ex pacto sine consensu domini. Transactio in bonis immobilibus Ecclesiasticis sine solemnitate aut pretiosis irrita est.

4 Procurator Principis non potest transigere sine consensu: in necessitate tamen potest fieri transactio, v. c. ad diuturnas lites finiendas.

5 Transigere in crimine publico, cui pœna sanguinis imponi solet, prohibita non est, videlicet dando aduersario pecuniam, ut accusatione abstat. Excepit adulterium, idq; propter dedecoris notam, quæ coniungi innocenti, eiusq; consanguineis ex tali transactione aspergi potest: In aliis verò criminibus cum accusatore transigens, pro confesso habetur, excepto crimine falsi, circa quod transactio valida est. Quilibet licet pœnam sanguinis non ingerat, tamen conuictio nato grauem infamiam irrogat, à qua se liberare Reus omninò desiderat. Veruntamen praxis Iudicum obtinet, ut licet accusatio de crimine per transactionem abolita sit, iudex tamen vel actio accusante, vel per inquisitionem nouo iudicio procedere non prohibebit.

In aliis verò publicis criminibus, quibus pœna sanguinis

sanguinis irrogando non venit, si Reus aliquo dato, cum aduersario transigat, habetur pro confesso, iuxta l. vl. ff. de præu. iuric. *Quoniam intelligitur confiteri crimen, qui paciscitur.* Quare ordinaria criminis eius pœna affici potest, nisi probet, se innocentem esse, & pecuniam v. c. solum ad redimendam vexationem.

Non valet transactio sine iudice facta de relictis in testamento, nisi inspectis verbis testatoris. 6

Si transactio circa vnam vel plures res particulares fiat, non extenditur ad alias eiusdem causæ controversias contentas, nisi connexæ sint. 7

Transactio generatim seu indefinitè facta, ad omnia particularia se extendere censetur, saltem ea de quibus tractatus præcesserat, etsi ea in specie incognita sint. Quia satis est, ea confusè siue in genere cognita, adeoque comprehensa fuisse, si excepta nō sint. 8

Iudex in causa valde dubia transactionem partibus suadere debet, sed ad eam compellere nō potest, exceptis quibusdam casibus, nisi iudex sit supremus qui in illa causa liberam disponendi facultatem obtinet; puta a papa in Ecclesiasticis beneficiis. Secundò, si partes diu litigauerunt, quia causa valde dubia est, ut difficile sit, eam decidere, hoc casu Iudex, præterim supremus ad transactionem partes compellere potest, idem aliquando potest Episcopus in causa beneficii. 9

Si diuisio hæreditatis, v. c. inter fratres instituta sit, ad maiorem natum pertinet ex æquo diuidere, ad minorem eligere: vbi verò talis consuetudo non est, ad Iudicem pertinet, iustam diuisionem instituire. 10

(o)

Qq 3 TRA-

TRACTATUS QUINTVS.

DE

Testamento, aliisque vltimis voluntatibus.

CAP. I.

Quid sit testamentum & quoruplex.

Testamentum (quasi testatio mētis) est voluntatis nostræ iusta sententia, de eo, quod quis post mortem fieri velit (iusta, id est, dispositio legitima, siue iuri congrua.

Testamentum inter vltimas voluntates principatum tenet, requirens hæredis institutionem. Reliquæ autem vltimæ voluntates, codicillus, legatum, hæredis institutionem non requirunt, & imperfectæ ac diminutæ sunt.

NB. Milites habent speciale priuilegium, etiam in codicillo hæredem directè instituere possunt.

Duplex est testamentum: Vnum in scriptis seu clausum; quod sua propria vel alterius manu conscriptum, coram 7. testibus masculis, puberibus, liberis, ad id rogatis, octauus pro ignorante scribere testatore, subscribens loco ipsius; quod si ipse possit, non opus erit alio: alterum est nūcupatiuum, solum interens, vt 7. testes simul vocati, qui audiant & intelligant testatoris voluntatem, coram eis, scripto vel voce articulata prolata, Solet tamen hodie talis nūcupatio coram testibus & notario in scripturam redigi, non ad actus substantiam seruandā, sed ad meliorem eius comprobationem & securitatem: quod fieri potest, vt testes interim decedant, vel inhabiles reddantur.

reddantur, quorum defectum Notarius supplet, vt
insinuacione nulla apud Iudicem opus sit.

NB. Surdus, cæcus, mutus, prodigus, furiosus, iu-
re infames, & ad testamentum inhabiles sunt, item,
qui in testatoris potestate: Pater in filii testamento
non rectè adhibetur, nec hæres. Legatarius tamen
potest esse testis in eo testamento, in quo ipsi aliquid
relictum est; sicuti & qui tutor liberis à patre nomi-
natus est: Notario nihil relinqui potest, dictanti ta-
men potest. Religiosi testamentum à testamentis
non repellitur.

NB. Testamentum valet, si coram Tabellione &
testibus interrogante testatore; num, hunc v.c. Ca-
ium hæredem instituere velit, testator verbo expres-
so annuat. Sæpè tamen infringitur, allegando testa-
torem non satis compotem mentis fuisse, vel non
ausum contradicere.

NB. 2. Testamentum valet, si testator hæredis in-
stitutionem & legata coram 7. testibus nõ exprimat,
sed solum mentionem faciat scripturæ aut schedulæ,
quam tali v.c. confessorio tradi derat, in qua volunta-
tem suam contineri asseueret.

Pactum de futura successione irritum est. Ratio, 4
quia ius hæreditatis futuræ pacto acquiri vel auferri
nequit, idque l. hæreditas. *Pactum inter priuatos scri-
ptum, vt is qui superuixerit, alterius rebus potiatur, ne do-
nationis quidem mortis causa gesta speciem efficaciter o-
stendere.*

Pactum successione in propria hæreditate, fauo-
re militum & causæ piæ explicatur, vt sit instar vlti-
mæ voluntatis, quæ ante mortem non confirma-
tur. Nam solemnitates istæ ciuili iure introductæ
in causis piis locum non habent. Volo dicere,

Qq 4 si quis

si quis velit sua bona Ecclesiae aut pauperibus post mortem suam obuenire, quomocunque disponat, siue paciscatur, validam esse dispositionem, ita tamen, ut ante mortem reuocare possit.

NB. Eiusmodi pacta tamen valent inter priuatos, si fiant de futura successione reciproca, dummodo fiant per modum donationis morte confirmanda. Idque inter coniuges receptum esse in Germania constat Mynfingerus.

C A P. II.

De Testamentis priuilegiatis.

- 1 **T**estamenta priuilegiata uoco, in quibus uel nulla iuris ciuilibus solemnitas requiritur, uel non plena & perfecta. Ex horum numero primum locum obtinent testamenta & legata ad pias causas, id est, quae praecipue ad honorem Dei, Sanctorum honorem, uel animae salutem facta, puta, quae Ecclesiis, piis locis uel in captiuorum redemptionem, in pauperum, uel Religiosorum, quamuis consanguineorum, sustentationem, in satisfactionem pro peccatis &c. relicta sunt.
- 2 In testamentis & legatis ad pias causas nulla ciuilibus solemnitas requiritur. Ratio, quia iura secularia causis Ecclesiasticis nullum praedictum afferre possunt, nisi à S. Pontifice recepta & probata sint; sed solemnitates ciuili iure introductae circa Ecclesiasticas causas receptae non sunt. Ergo.
- 3 Seu nutu, seu quocunque signo ad piam causam quippiam relinquatur, ualida est dispositio: quia iure naturali ac gentium plus non requiritur, idem sentiendum de muto & surdo.

Coroll.

Coroll. Validum est testamentum, & quæcun-
que voluntas ad pias causas (exemplum in D. *Stetsch-
bein*) manu testatoris scripta, etsi nullus testis adhibi-
tus fuerit, modò sufficienter constet, esse scripturam
testatoris. Quia ad substantiam talis testamenti non
requiritur interuentus testium, licet sæpè 2. vel 3. re-
quirantur ad probationem, si aliud probationis ge-
nus haberi non possit.

Vnus testis sufficiens non est ad probationem 4
cum alterius præiudicio. C. licet vniuersis; de testi-
bus Id enim expediebat, certam regulam statuere,
ad impediendas hominum fraudes, vt ad minimum,
2. contestatione opus sit, quia alioquin plurimæ frau-
des & iniuriæ contingerent. Vnde illud; *Vnus testis,
nullus testis.*

Nulla testium probatione opus est, si de veritate 5
constet, V. C. hæredi, aliquid ad pias causas à testato-
re legatum fuisse; etsi in foro externo id nequaquam
probari possit, tamen in conscientiæ foro satisfacere
obligatus est.

NB. Parocho producenti manum à confitenti
vel scriptam, vel ipsi dictatam, in qua legata in pias
causas continentur, debet credi, si manus testatoris
agnoscatur, vel coram 2. testibus eius voluntas pro-
bari possit, (vt in *Telonario*) Parocho tamen ipsi-
met scribenti non creditur, nisi adducat. 2. testes NB.
masculos aut fæminas, quamquam etiam vnus NB.
cum Parocho sufficere poterit, licet legatum sit pro
Ecclesia sua (NB. quod tamen in Curia *Aschaffen-
burgensi* reiectum est in legato *Pellionis Vxoris E-
uz Gabij.*)

Item si testator in testamento, vel coram testibus
voluntatem suam declarauit, quod velit quædam ad
pias

pias causas erogare, sicut V.C. Confessario suo mandauerat, Confessarius debet audiri, modo talia indicia afferat, vt spectatis circumstantijs verisimile sit, defunctum ea ipsi mandasse.

- 6 Testamentum inchoatum, sed non perfectum, (vt in D. Fleischbein) valet duntaxat quoad legata pia.
- 7 Testamentum alterius arbitrio commissum, valet piæ causæ fauore. V.C. instituo heredes bonorum meorum pauperes, quos Titius elegerit; Vel, Committo omnia bona mea arbitrio vel dispositione Titij, tunc Titius solo nomine hæres censetur, acque obligatus est totam hæreditatem in causas piæ distribuere, quia talis non decedit intestatus.
- 8 Captatoria institutio irrita est, V.C. quæ fit cum conditione aptata ad alterius animum captandum. V.C. instituo hæredem Sempronium, si & ipse me, vel fratrem instituerit: nam talis testatio etiam ne quidem in milite valet, quia bonis moribus aduertitur eiusmodi dispositio aptata ad adulandum alteri, & deludendum: nam qui conditionem apponit, postquam ab altero institutus est, voluntatem suam mutare poterit, cum vltima voluntas (vti dici solet) ambulatoria sit, vsque ad vltimum spiritum, & irrita firma non censetur.
- 9 Legata pia ab hæreditatis aditione non dependunt, sicuti legata prophana: nam quod legata pia non possint, hæreditate non adita, est solennitas civilis iure introducta.
- 10 Testamentum ad piæ causas, valet etiam quoad legata prophana accessorie inserta. Ratio, quia subsistente principali, conuenit etiam subsistere accessorium. Et infirmitas vltimæ voluntatis ob des-

Actum ciuiliū solemnitarum ad causas pias non per-
tinet.

Testamentum non solemne inter liberos valet, **11**
V.C. quod à patre, matre, auo, auia, inter liberos con-
ditum est; sicut statuit Constant. in l. vlt. Cod. famil.
hercisc. Seu Epistolæ parentis esse memoretur, siue
quocunq; alio modo scripturæ, quibuscunq; verbis;
& iudicijs inueniantur relicta.

Licet extrinseca testamenti imperfectio ob lega- **12**
lium solemnitarum defectum non vitiet testamen-
tum inter liberos (quippe quod ob mutuam charita-
tem cessare debeat, inter eos omnis suspicio fraudis,
ad quam cauendam, alioquin iuris solemnitates re-
quiruntur) secus tamen dicendum de imperfectioe
intrinseca, id est, si testator voluntatem non plene
declarauit.

NB. Extrinsecè imperfectum testamentum valet
etiam, tamen si pater liberos suos inæqualibus por-
tionibus instituerit: nam talis inæqualis diuisio habet
vim prælegatorum: item, valet etiam erga liberos
principis rescripto legitimatos, etiam subsequente
matrimonio. Imò etiam erga naturales; si mater non
sit illustris: quia comparatione matris, filij naturali-
ter quasi legitimi habentur.

In testamento scripto inter liberos condito, ma- **13**
ior solemnitas requiritur (nimirum temporis condi-
ti testamenti adiectio, nomina filiorum & portio-
nes, manu testatoris scriptæ, aut saltem subscriptione
patris aut filiorum) quam in nuncupatio, quia cir-
ca illud Iust. nianns nihil innouauit, si coram 2. testi-
bus masculis vel fœminis factum fuisse constet. Et-
iam tale testamentum scriptum à patre quoad legata
extraneis relicta.

Porro

Porro de testamento descendentium erga ascendentes nullum priuilegium in iure reperitur.

14 Testamentum quod miles in bellica expeditione sine iuris solemnitate condidit firmum est, etiam post missionem, si ille intra annum moriatur, modo 2. testes adfuerint, etiam non rogati.

15 Testamentum coram principe oblato libello conditum, vel coram Iudice publice insinuatum, etiam testium &c. solemnitatem non requirit (sicut hic moris in Curia, quia acta iudicij habent vim testium).

16 Hominibus rusticis sufficiunt 5. testes, si plures in eodem loco, ubi testamentum condere volunt, haberi nequeunt; nec opus est subscriptione testium, si inueniri literati non possint, secus si reperiri possint.

17 Æquum est, ut si in loco V. C. pestis tempore plures testes aduocari non possint, duorum presentia ad valorem testamenti sufficiat, (eo quod lex non obliget illos, qui ea seruare non possunt, sed haec ratio infirma est; quippe cum si inter rusticos defuerint, 5. testes, testamentum irritum est, etiam si non possint haberi 5.) licet spectato iuris rigore, aliud docendum sit. Ratio assertionis est; quod ob æquitatis rationem in Camera imperiali receptum sit, ut testamentum coram 2. testibus, vel tribus, inter quos tres confessarius vnus esse potest, pestis tempore valeat.

18 NB. In terris S. Pontifice subiectis valet testamentum coram paroco & 2. testibus vel tribus alij conditum. Venetijs & Viennæ tali tempore de consuetudine sufficiunt 2. testes.

C A P. III.

Quis de bonis suis testari possit, vel non; & an aliqua testandi obligatio incumbat.

OMnibus hominibus libera est de bonis suis testandi facultas, nisi iure prohibeantur. Naturali iure prohibentur infantes, amentes, furiosi perpetuo.

Positio iure prohibentur testari; surdus & mutus à natura: Prodigus, seruus, usurarius manifestus, Filiusfam. de bonis aduentitijs (potest tamen patre consentiente ad pias causas, etiam ad donationes causa mortis, quod si patri ipsimet velit relinquere bona aduentitia, requiritur iudicis autoritas) Impubes ob Iudicij immaturitatem. Ergò pubes (vt filius Syndici P.) Captiuus interim apud hostes testari non potest, sed quod ante fecerat testamentum, iure post limum conualescit, si ad suos redierit, imò etiam si moriatur in captiuitate valet. Tamen damnatus ad mortem naturalem aut ciuilem testari non potest, nisi consuetudine aliter obseruetur. Verum spectato iure communi, non solum testamentum, sed quæuis alia voluntas, quamuis ante crimen commissum condita sit, per sententiam condemnatoriam infirmatur. Nisi quod donatio coniugi facta ante crimen commissum (NB. aut etiam veneficij) subsecuta sententia condemnatoria, subsistit, præterquam si sit crimen læsæ maiestatis, per quod memoria Rei damnanda est. His adde quod neque donatio inter viuos facta post condemnationem de crimine capitali subsistat Cæsareo iure. Sin autem ante

ante

ante condemnationem donatio facta fuerit, quamvis post crimen commissum, vim suam obtinet, nisi crimen sit, ob quod bona ipso iure fisco commissa sunt. Religionem professus testari etiam non potest, tum quia sui iuris non est, tum quia rerum dominium non habet.

3 Si tamen ante professionem fecerit testamentum non rumpitur, sed confirmatur per professionem & Monasterium, fruitur bonis eius, donec moriatur, si sit dominij capax.

4 Religiosus, cui peculium concessum fuit, vel quaedam utensilia, cum Praelati consensu, causa mortis donare potest, per dispositionem non obligatoriam sed deprecatoriam. Ratio, quia si res modica sit, ut Praelatus licentiam dare possit donandi inter vivos, cur etiam non causa mortis.

5 Summus Pontifex Religioso licentiam dare potest testandi ad causas pias, non ad profanas, intelligit de bonis, quae Religiosus de facto possidet, seu quorum administrationem habet: non vero de bonis Monasterio iam ante acquisitis per ipsius professionem. Ratio, quia privilegium Principis intelligi debet sine prauidicio tertij.

NB. Nam testandi facultatem concessam est Religiosis ordinum militarium, & Religiosis in Claustrum beneficium V. C. Episcopale, parochiale possidentibus. Raro autem intra Claustrum, nisi tales sint, quibus certa portio in alimenta & vestes tribuatur.

6 Natiuitij Religionum nullo iure testari prohibentur: Quia sui iuris adhuc & bonorum dominij sunt, libera exeundi potestate praediti.

NB. Religiosi Societ. Iesu, qui simplicia non sumunt

fnata vota habent, de bonis suis mortis causa dispo-
nere possunt validè sed non licitè. Ratio, quia Reli-
giosi Soc. Iesu, ante editam professionem, aut vota
formata retinent dominium bonorum: impeditum
quidem voto paupertatis, quo minus licitè dispo-
nere possint absque superiorum licentia, non tamen
impedita lege canonica, per quam dispositio irrita
reddatur.

Si novitius de bonis suis nihil disponens profes- 7
sionem edat, succedit Monasterium, si tamen des-
cendentes vel ascendentes habeat, ipsis portio legi-
tima statim conferenda debetur. Pater Religiosus di-
sponens de bonis suis debet Monasterio dare tan-
tum, quantum filio.

Pater Religionem professus, taliter uti iam di- 8
ctum, disponens de bonis suis, non potest tutorem
filij dare, cum eos in potestate iam non habeat: qua-
re dativo eiusmodi tutore præferendus est legitimus
idoneus, si non talis adsit, Iudicis est assignare.

Filius habens ascendentes inter eos disponere po- 9
test ante professionem, & pater habens descenden-
tes, inter eos disponere potest, tum ante tum post
professionem, sed uterque tantum de bonis acquisi-
tis ante editam professionem. Quæ enim postea ac-
quisita, ad Monasterium pleno iure pertinent. Quæ
Moniali in dotem data sunt, illa Monasterio irrevoc-
cabili acquiruntur.

Nemo per se loquendo obligatur ad testamentum 10
condendum, sed interdum per accidens, ne a-
liquin lites aliaue incommo-
da oriantur.

De Reuocatione Testamenti.

1. **T**estamentum reuocatur & cassatur vel per factum testatoris contrarium, puta lacerationem testamenti, vel per aliud testamentum validum.
2. Prius testamentum legitimum per alterum minus solemne non rumpitur; excipe, Nisi testator post conditum testamentum lapsa decennio illud coram 3. Saltem testibus reuocet. 2. Si testator coram testibus dicat se reuocare prius testamentum, quia velit decedere intestatus. 3. Si in priore testamento haeres extraneus institutus est, reuocatur per posteriorem voluntatem minus solemnem in quam instituti sunt. Limita, nisi in priore pia causa instituta fuit. 4. Si testator haereditatem à se institutum haereditate indignum declaret. 5. Testamentum primum solemne reuocatur posteriori minus solemni, si ad eius valorem maior solemnitas non requiratur, puta testamentum ad pias causas inter liberos factum, vel militare.
3. Prius testamentum continens clausulam derogatoriam posterioris, non censetur reuocatum, nisi in posteriori testamento illius clausulae mentio fiat. Qui ut dicitur; Nemo eam sibi legem potest dicens, ut à priore voluntate decedere non liceat.

CAP. V.

De haeredibus instituendis.

1. **T**VM singuli homines, imò etiam Communitates, haeredes institui possunt, nisi lege prohibeantur, Prohibentur autem hostium ciuitates, Iudaeorum Communitas; Collegium, quod publicè

authoritate erectum non est, deportatus, hæreticus, apostata, spurius siue natus ex coitu damnato. Auius tamen deficiente prole legitima spurium hæredem instituere potest, non tamen intuitu patris. Spurij tamen possunt succedere fratribus, alijsque consanguineis vterinis. Si autem vterini non sint, sed ex diuersis matribus geniti, non censentur habere cognationem inter se, & cum alijs cognatis patris. Porro occisor testatoris saltem per iudicis sententiam hæreditate priuari debet, vt fisco deferatur. Item persecutores Cardinalium, iterum si testamentum deficiat, eò quòd hæres qui solus institutus fuit, incapax est, legata ex eò non debentur; nisi pia sint: Sin vero alius cum illo hæres capax institutus fuit, eidem accrescit portio alterius, neque deuoluitur ad hæredes ab intestato; propterea quod iura non permittant aliquem ex parte testatum, & ex parte intestatum decedere.

Religiosi professi Ordinum, quibus permissum est bona immobilia in communi possidere, hæredes institui possunt: succedit autem eorum nomine monasterium. Excipe Capuc. & Societ. Iesu P.P. Ratio, quia cum hoc ius succedendi in bonis immobilibus magnum sit, compctere illud non debet ijs ordinibus, qui etiam in communi bona ac iura immobilia possidere nequeunt.

Collegia & Domus Soc. Iesu ratione alicuius professi ac vota formata haberitis succedere non possunt siue ex testamento, siue ab intestato.

Monasteria Ord. Minorum & Capucc. capacia non sunt vllius hæreditatis; imò nec Ecclesiæ eorum secundum probabiliorem sententiam. At verò Soc.

R r

Iesu

Iesu Collegia & domus hæreditates accipere possunt, modò non deferantur Contemplatione suorum professorum, &c.

5 Legata sicut & alia donata, contemplatione suorum professorum Soc. Iesu accipere potest. Nam legatum non continet tantum ius siue dominium quod legat, & cum hæreditate transeunt varia onera, cum quibus lites & actiones Iudiciales plerumque committæ esse solent. At legata habent se instar Eleemosynarum. Vnde etiam Capuc. capones.

6 Per professionem Religiosi omnia eius bona à iura excepta legitima portione descendentibus vel ascendentibus debita in Monasterium transeunt, & bonorum immobilium capax fit. Ratio, quia ita decet, ut qui se Deo ac Monasterio dedicat, non solum personam suam, sed omnia eius bona etiam simul offerat, ut plena sit oblatio ac sacrificium.

NB. Legata potest accipere Monachus cum Prælati licentia.

7 Monasterium ratione sui Monachi hæreditatem delatam adire potest, etiam ipso inuito, vel ante conditionem mortuo, contra legistas. Ratio, quia Religiosi prof. ssi, propter paupertatis votum solemne inceptas sunt sibi acquirendi, sed omnia eorum iura in Monasterium transeunt. Quapropter licet Religiosus in eo, quod Monasterio acquirit, seruo computatur, tamen quo ad modum acquirendi filiosam potius comparatur.

8 Religiosus ad Episcopatum translatus, hæreditarie successionis capax est, sed bonorum administrationem tantum habet non dominium.

9 Hæres alius est ex testamento, alius ab intestato institutus, vel est vniuersalis, vel particularis. Hære-

ditas plerunque diuiditur in 12. vncias, quæ assis appellacione continentur: Habent autem singulæ hæreditatis partes propria nomina: Videlicet, vncia sextans, id est, duæ vnciæ, quadrans, id est, 3. vnciæ, triens, id est, 4. vnciæ, quincunx, id est, 5. vnc. semis siue semissis, id est, 6. vnciæ, septunx, id est, 7. vnciæ, bes, id est, 8. vnc. dodrans, i.e. 9. vnciæ, dextrans, id est, 10. vnciæ, deunx, id est, 11. vnciæ. Qui ex parte aliquora hæres instituitur onera hæreditatis proportione partis suæ sustinere cogitur; non item, qui in certa aliqua re institutus, talis enim potius legatarij loco habetur; ideoque iura & actiones defuncti ad eum non pertinent, sed ad hæredem propriè dictum.

Hæredes ex testamento, alij sunt necessarij (quos tenetur testator in portione legitima instituere, nisi iustam ex hæredandi causam habeant, hi sunt descendentes & ascendentes, quibus saltem portio legitima debetur, quæ est triens hæreditatis (si plures, quam 4. Liberi, semis.)

NB. Quæ hactenus dicta sunt de legitima portione, solum extenduntur ad bona priuata, & non ad regna. Nam in Regnis, Ducibus Magnatum succedunt primogeniti, eoque mortuo ad nepotem masculum deuoluuntur, secluso filio secundogenito; deinde portio legitima intelligitur de bonis, quæ sunt de substantia patris, & non de feudis ex pacto.

NB. Hæres non necessarius est, quem testator instituere non cogitur.

Si licui descendenti aut ascendenti portio legitima non relinquatur, competit ei actio vel ad petendum complementum, si aliquod relictum sit, (etiam nummus) vel ad rescindendum testamentum, tanquam ipso iure nullum, idque spacio 3. ann.

Rr 2 fini-

si nihil iure institutionis relictum, neque causa idonea exheredationis expressè in testamento & probata. Quod si probari non possit, competit heredi necessario querela inofficiosi testamenti pro 5. ann. per quam euacuauit testamentum, quoad exheredationem, legata tamen valent.

- 12 Etiam ob posthumi præteritionem vel exheredationem testamentum rumpitur, si uiuus nascatur, licet statim moriatur, intellige post testatorem. Nam si præteritur prius quam testator moriatur, tunc prætoriam æquitate conualescit testamentum.
- 13 Peccant parentes, si sine iusta causa successione inæqualitatem inter liberos constituent; iustæ autem causæ sunt inæqualitatis, si inter eos aliqui domesticis obsequiis magis meriti fuerint, si qui plus indigere videantur, quia bonis aduentitijs carent; si adhuc popilli.
- 14 Liberi naturales respectu patris non sunt heredes necessarij: possunt tamen institui deficientibus liberis legitimis, & data portione legitima parentibus patris. Quod si pater liberos habeat, non plus potest illis eorumque matri relinquere, quam unam viciam. Respectu matris tamen sunt necessarij heredes; non minus quam legitimi.
- 15 Frater & Soror testatoris si præteriti sint testamento, tunc solum infirmare possunt, si personæ famis instituta fuit. Hoc enim casu possunt agere querela inofficiosi testamenti; nisi uerini tantum sint, aut ipsi infames & ingrati.
- 16 Ius nauæ postulare videtur, ut pater filijs testamento relinquat, quatenus ad vitæ sustentationem indigent etiam ultra legitimam ciuili iure debitam. Prob. Authoritate S. Aug. scilicet nolentis ab Ecclesia suscipi

cipi legata, quæ necessitati liberorum parentes in testamento subtraxerant, nisi liberi maturi consentiant spontè. Similiter id seruare ius naturæ videtur dictare, à liberis comparatione parentum indigentium.

Consultum est morituris, etiamsi liberos habeant, partem bonorum ad pias causas relinquere pro salute animæ.

NB. Ius naturæ postulat, vt etiam vxori, fratribus, sororibus, si indigentes sint pars aliqua bonorum relinquatur, licet secundum ius ciuile non cogantur, quia in viuis in necessitate tenentur illis alimenta ministrare ergò etiam decessuri. Quod si non indigent, nullo modo tenentur.

Consultius est bona sua in pauperes distribuere in vitæ decursu, quam ad mortis tempus differre. Ratio, quia Eleemosynæ, quæ in viuis erogantur, maioris meriti sunt, quam tempore mortis quando homo dat, quia diutius retinere non potest.

Expedi testamento condere non circa mortis agonem sed dum ratio viger.

Pleaque non expedi, vt Confessarij præsertim Religiosi, confectioni testamenti interfint, aut in particulari suadeant, quibus relinqui debeant, iuxta illud Christi Lucæ 12.

C A P. VI.

De Heredibus ab intestato venientibus.

Liberi legitimi ante omnes alios succedunt parenti ab intestato, & in demortuorum loco nepotes, indeque in stirpes.

Deficientibus descendentibus, veniunt pater & mater defuncti, & in eorum locum aui & auie. Quod

Rr 3 si vna

si vna cum patre & matre, vel his deficientibus vna cum auo vel auia adsint fratres aut sorores ex vtraque parte coniuncti, succedunt ipsi æqualiter, sive in capita.

3 Fratres & sorores, deficientibus descendens & ascendens, quæ ex vtraque parte defuncto coniuncti sunt succedunt æquis portionibus, & excludunt eos, qui ex solo patre vel matre coniuncti sunt. Quod si vnus ex fratribus vel sororibus vtriusque coniunctis moriturus liberos reliquerit, succedunt hi loco parentis sui, cum patris non in capita sed stirpes. Si tamen fratres & sorores vtriusque coniuncti omnes mortui sunt, tunc eorum liberi (exemplum habens in matre nostra quoad bona nostri patris Conradi Voigt) (exclusis patris ex vna parte, coniunctis non in stirpes sed in capita, adeoque æquis portionibus succedere debent secundum Carolinam constitutionem. Ratio, quia duorum fratrum filij non parentum suorum loco, sed propriæ coniunctionis iure in hereditate succedunt: cum ergo æqualiter coniuncti sint, æquales etiam in hereditatis portione esse debent.

Præterea deficientibus fratribus & sororibus vtriusque coniunctis & liberis eorum, veniunt fratres & sorores ex vna tantum parte coniuncti, sed hereditate, ut qui ex parte patris coniuncti sunt, succedunt in bonis à patre provenientes, & qui ex parte matris coniuncti sunt in bonis à matre provenientes, in reliquis verò bonis æqualiter omnes, si etiam fratres ac sorores eorumque filij deficiant, successio deuoluitur ac propinquiores collaterales, vsque ad gradum X.

4 Deficientibus consanguineis intra 10. gradus succedit

cedit vxor quod si vxor marito nupsit sine dote, et
 præmortuo, & consanguineos hæredes qualescun-
 que relinquenti, succedit vxor, si inops sit in quarta
 parte bonorum, tali adhibita moderatione, vt si li-
 beri ex defuncto superstites sint, solus vsusfructus ad
 ipsam, dum viuuit, pertinet.

Deinde si plures quam 3 liberi adsint, ipsa cum e-
 isdem in capita succedat. Et similis ratio est si vxor
 diues præmoriatur relicto marito inopi. Quod si
 nec vxor, nec ulli consanguinei extent, tunc filius se-
 cularis succedit in omnibus bonis laici, Ecclesiasti-
 cus in bonis Clerici.

NB. Maritus aut vxor transeuntes ad secundas
 nuptias, tenentur ea bona prioribus liberis relin-
 quere, quæ acceperunt à prioribus, suis coniugibus,
 vnde singuli liberi nati.

Quod si vir aut vxor, licet non transeant ad secun-
 das nuptias, licentiam habeat bona à coniuge
 profecta, exceptis lucris ex dote aut donatione
 propter nuptias, arbitrato suo alienandi & consu-
 mendi.

Hæres alius est suus (proximus descendens, qui
 dominium hæreditatis etiam ante eius aditionem
 acquirit) qui ante hæreditatis dominium non acqui-
 rit, quam eam adeat, id est, voluntariè eam ac-
 ceptet, profitendo se hæredem esse velle. Datur
 autem ei deliberandi anni spaciū, num velit ac-
 ceptare, nec ne.

Qui ære alieno grauatur, hæreditatem sibi obla-
 tam repudiat, non censetur id agere in frau-
 dem creditorum (quia non fraudantur creditores
 cum quid non acquiritur à debitore, sed cum quid
 de admittitur reg. 16. digest.) sed in conscien-
 tia

ria foro videtur aduersus iustitiam delinquere si alioquin soluendo impotens sit. Propterea quod debitor ex iustitia obligatus sit, quem vis facile sibi possibilem modum adhibere lucrandi bona. V. C. tit. 1. de iur. cred. quo creditoribus suis satisfacere possit.

4 Hæres hæreditatem acceptando omnia in se debita & onera realia defuncti transfert prædictis tamen beneficio inventarij conficiendi spacio 30. dierum, & spacio aliorum 60. complendi, omnino securus existat, vt defuncti creditoribus supra vires hæreditatis soluere obligatus non sit, cuiusmodi privilegium etiam Ecclesiæ (fisco etiam) competit hæres instituta sit, licet inventarium non conficiat scelerum privilegium, quod deductis expensis futuris itemque solutis debitis ac saltem quartam partem restantis hæreditatis obtinere debeat hæres vnam vel plures, si eam non habeat, de legatis detrahere possit, beneficio legis Falcidiae conule huius legis autore.

C A P. VII.

De renunciationibus hæreditatum.

1 **R**enunciatio hæreditatis futuræ nullius robore est (nam iure civili propter bonum publicum statutum est, vt hæreditas pactis nec dari nec autem possi.) nisi iuramentis firmata sit, cum non vergat in salutis æternæ dispendium, nec in detrimentum cæteris redundet, etiam esto cedat in detrimentum filiorum, si pater renunciabit hæreditati, quia illi pateri successissent, nam illis ius hæreditatis adhuc non competit, ideo non infertur illi iniuria.

NB. Nepotes non possunt succedere auctori si pater renun-

renunciavit. NB. Quod si filius adhuc patre viuente accepit legitimam, potest renunciare hæreditati, sed si postea patris bona incrementum ceperint, poterit sibi accipere augmentum portionis.

Renunciations, quæ odiosæ, & contra ius commune sunt, strictè interpretari oportet, vt non extendantur ultra terminos, secundum verborum proprietatem, aut communem renunciandi consuetudinè expressos. Quare non obstat, quominus filius, qui successioni patris tam ex testamento, quam ab intestato renunciarit, ab eodem patre, mutata voluntate, institui possit, quia quius fauori suo renunciare & obligationem eius iuramento firmatam remittere potest, tamen si renunciatio in fauorem v.g. fratris facta sit. 2

Omne pactum vel denunciatio de alterius viuentis hæreditate irrita est, v.g. si Titius hæreditatem, quam sperat à Sempronio promittat Caio (*quia huiusmodi pactioes odiosa esse videntur & plena tristissimi & periculosi euentus, idque propter insidias, quæ parantur eius vita, super cuius bonis paciscuntur.*) Limita. 1. Nisi consensus Sempronii accedat isque ad mortem in ea voluntate perseueret. 2. Nisi renunciatio fiat circa hæreditatem personæ incertæ, quia tunc non timetur periculum. 3. Nisi renunciatio fiat in fauorem alicuius communitatis v.g. amici alicuius singularis, quia hoc casu cessant omnes insidiæ. *Quod enim collegio datur cum singulorum non fit, quasi nemini datur: Cōfirmatur: Tamen si Canonico iure statutum sit, ne beneficium alicui tradatur vel promittatur. NB. Viuente adhuc beneficiato priore; ne desiderare quis mortem proximi videatur: tamen permittitur in consultationibus de donat. vt cum auctoritate Episcopi* 3

scopi Ecclesiae viuentis adhuc Rectore & in possessione permanente locis religionis concedi possunt, si aliquis ante ingressum vel professionem in religionem V.C. Societ. Iesu disponere debeat in causas pias de omnibus bonis ac iuribus suis tum acquisitis, tum acquirendis sine vlla spe ea recuperandi; Consequenter etiam potest renunciari hereditati, quia, cum id non repugnet bonis moribus, certum est, quod Princeps potest derogare & statuere, vt pacta futurae successionis valeant, non requisito consensu eius; de cuius hereditate agitur. Atqui Pontifices approbaverunt constitutiones Societatis Iesu talia praecipientes.

4 Renunciatio vel obligatio, quamvis iurata, irrita est, quae fit ab ingredientibus religionem, nisi fiat cum requisita forma Concil. Trident. sess. 25, ca. 16. de Regul.

5 Tridentina haec constitutio locum non habet in renunciationibus aliisque dispensationibus, quibus absolutè loquendo nulla obligatio imponitur renuncianti aut disponenti, quia ratio Consil. Trident. est, ne Novitiis aliqua persistendi vel profitendi Religionem necessitas incumbat si videant, se beneficis aut hereditatibus aliisque bonis per renunciationem spoliatos: haec autem renunciatio cessat in talibus voluntatibus, quippe quae usque ad professionem reuocabiles sunt. Quare valet adhuc hodie testamentum à Novitio conditum, neque rumpitur secuta professione, tamen si Monasterium praeteritum fuit: Monasterium enim loco filii non censetur, nisi in casibus iure expressis. Porro decreto Conc. Trident. non comprehenditur donatio modica quae Monasterii fit.

Renun-

Renunciatio beneficii Ecclesiastici ante menses 6
 professioni proximos fieri non potest, nam renun-
 ciatio beneficii est magni iuris amissio, ob quam li-
 bertas a Religione egrediendi impeditur; porro in-
 tra duos menses professioni proximos liberum est
 renunciare beneficio in manibus Ordinarii, quia
 iure antiquo, quod sublatum non est poterat No-
 uitiis toto Novitiatus tempore renunciare. Ergo
 etiam intra duos menses. Tamen si interea egredia-
 tur religionem debet illi restitui beneficium & cas-
 sari beneficiatus novus.

NB In Soc. Iesu non vacant beneficia durante bi-
 ennio probationis; eo autem expleto, statim resi-
 gnari debent.

Trident. Constitutio irritas reddens renuncia- 7
 tiones locum etiam habet in iis, quæ sunt ante in-
 gressum seu assumptionem habitus religiosi oppo-
 sita tamen sententia probabilis est, quod inten-
 tio concilii fuerit solum infirmare renunciaciones,
 quæ sunt post ingressum ad probationem ut patet
 ex contextu & connexionem cap. 16. cum 15. Qua-
 re in conscientia tutus erit, qui donationem ante
 ingressum accepit, donec per Iudicis sententiam re-
 scindatur.

Irrita est renunciatio aut donatio bonorum ac- 8
 quisitorum, tamen si facta sit sub conditione regres-
 sus seu recuperationis, si professio non sequatur:
 Nam concilium etiam talem renunciacionem com-
 prehendit, idè, quia donantes seu renunciantes æ-
 grè contristant donatarios, ut eos de possessione bo-
 norum semel cæpta deiciant, cum id plerumq; non
 sine querela & indignatione eorum fiat.

Renun-


Renunciatio à Candidatis Soc. Iesu facta cum conditione regressus omnino repugnat constitutionibus eiusdem Societatis cap. 4. exam. generalis numero 1 & 2.

- 10 Si Renunciatio vel donatio bonorum post primum annum Nouitiatus, vel post edita vota simplicia in Soc. Iesu facta fuerit, ut in fauorem Collegii eiusdem Societatis & postea contingat, eum, qui renunciârat, dimitti, nihil ipsi restituendū est; qui constitutiones eiusmodi donationem exigunt irrevocabiliter fieri, nec obstat etsi donans nec dum viginti quintum annum attigerit, quia eiusmodi Constitutiones utpote finem supernaturalem spectantes à Sede Apostolica approbatæ sunt.
- 11 Locum etiam habere videtur hæc Constitutio societatis nostræ Candidati donationem vel renunciationem faciant aliter, quam eiusdem societatis constitutiones requirunt.
- 12 Hæreditas alia delata est (ipsa morte eius in cuius bonis succedendum ex testamento, vel ab intestato: tunc autem hæres acquirit ius ad rem cum deliberatione an sibi expediat) alia est adita ea dicitur cum primum in eam hæres consensum dedit.
- 13 Potest aliquis donare saltem ad pias causas hæreditatem si quæcunque illi ante mortem obuenierit. c. si quis ignorans mortem fratris & ante professionem donet monasterio quamcunque hæreditatem, potest fratris vel à fratre acceptam monasterio dare, ratio, quia subtilitates civiles aduersus ius gentium introductæ non habent locum in causis piis, cum civiles magistratus potestatem suam extendere non possint ad causas pias & Ecclesiasticas. Certum autem est, spectato iure naturali & Canonico validam esse

esse donationem hanc : si quæ hæreditas mihi com-
moda obuenit, volo, vt ea pertineat ad pauperes vel
ad monasterium. Quid enim magis naturale est, quã
vt quisquam de bonis ac iuribus suis, quomodocun-
que quæritis aut delatis sicuti ipsi placet, statuere
non possit; præsertim ad Dei honorem; Secundò
quia constitutio illa ciuilis locum tantum habet se-
cundum ius strictum, non secundum æquitatem, si-
cut habetur in l. Pannonius. Hæredem hæredis cum
ignorantia deletæ hæreditatis decedentis secundum
æquitatem restituendum esse, quantò magis in cau-
sâ pia secundum æquitatem procedendum est.

Professurus in Religione Mendicantium pacisci 14
potest cum patre vt veluti in præmium renunciatio-
nis paternæ hæreditatis, aliquid det ad piã causam,
quam ipse filius designat. Cum enim renunciatio
hæreditatis propter constitutionem Ordinis ex ne-
cessitate quadam fiat, & adiectio pacti nihil incom-
modi obligationisque filio afferat, sed solum patri,
non est credibile, talem dispositionem à Trid Con-
cilio institutam fuisse quare nec Episcopi licentia o-
puserit.

Non potest aliquis donare hæreditatem obuen- 15
turam à patre post mortem suam, aut Religionis
professionem; ratio: quia *nemo plus iuris in alterum
transfere potest, quàm sibi competere dignoscatur* reg 76.
in 6. Sed filius modo nullum ius habet ad hæ-
reditatem patris, aut matris aut cuius-
cunque alterius personæ cum vi-
uentis non fit hæreditas.



CAP.

- 1 **C**odicillus ut maximum locum habet in legatis est (veluti imperfectum testamentum) quia parvus codex, siue scriptura ultimam aliquam voluntatem absque hæredis stricta institutione: Dico imperfectum testamentum, quia solemnitates testamenti non requirit, præterquam quod quinque testes licet nõ rogati & fœminæ sint, in codicillo exiguntur.
- 2 Codicillos etiam plures quis facere potest, modo inter se contrarii non sint, alioquin prior à posteriore censebitur reuocatus. Duo autem testamenta simul consistere non possunt, sed posterius, quod iure factum est, priori derogat.
- 3 Codicillus fieri potest & sine testamento & cum testamento, ita ex testamento pendeat, tanquam accessorius à principali. Quod si nullum testamentum factum sit, tum quasi testamenti loco est codicillus obligans hæredem ab intestato venientem etiam posthumum; si tamen defunctus vna cum codicillo testamentum condiderit natiuitate posthumi præteriti rumpitur testamentum simul & codicillus, siquidem cadente principali cadit etiam accessorium.
- 4 Clausula codicillaris abiici solet à Notariis testamenti, si non valeat dispositio ut testamentum solemnne valere debeat, tanquam codicillos eiusque clausulæ effectus sunt. Primò, quod ex testamento minus solemnne et si hæredis institutio omnino irrita est; tamen hæres ab intestato solvere cogitur legata propter adiectam illam clausulam. Secundo si testator carens hæredibus necessariis in testamento minus so-

nus solemniter instituat extraneum, virtute eiusdem clausulæ institutio directa vertitur in fideicommissariam & proximi hæredes ab intestato censentur gravati restituere extraneo hæreditatem. Tertio, si testator hærede necessario scienter præterito vel iniuste ex hæredita to in testamento minus solemniter instituat extraneum virtute illius clausulæ formaliter vel virtualiter adiectæ, censetur hæres necessarius gravatus, ut detracta portione legitima, reliquam hæreditatem restituat instituto.

Codicillus nuncupativus, legatum continens, nuncupari potest.

CAP. IX.

De substitutione & fideicommissis.

Substituere est in locum hæredis unius alterum statuere, quod dupliciter fieri potest directe & indirecte. Directa substitutio est, in qua sine ministerio institui hæreditas sub conditione defertur substituto V. C. Instituo hæredem Titium, si is hæres non fuerit, vel nolens vel non potens morte præveniens, esto hæres Sempronius, (& hæc dicitur substitutio vulgaris.) Item si testator impuberem in sua potestate constitutum, & post mortem suam in alterius potestatem non casurum hæredem instituat, eiq; alium substituat sub conditione, si ante annos pubertatis, eum ipsemet testamentum facere prohiberetur, decedat (& dicitur hæc substitutio vulgaris) Ad exemplum pupillaris substitutionis a iura introducta est, quæ fit liberis amencibus, surdis simul & mutis; eo quod & si testamentum facere nequeant, Et dicitur hæc substitutio exemplaris, quam etiam mater potest, sed debet substitui aliquis ex hæredita-
tibus

ribus necessariis, si non extent, fratres. Mater autem non potest pupillariter substituere, cum impubertem in potestate non habeat.

- 2 Indirecta substitutio, quæ & fideicommissaria dicitur, ea est, in qua hæreditas substituto defertur ministerio hæredis qui à testatore genitus est absque, vel sub conditione, nisi tale aliquid fecerit, ut hæreditatem vel totam vel partem eius aliquotam alteri restituat, qui idcirco fideicommissarius appellari solet. Hæres tamen fideicommissio grauatus post hæritatem quartam partem eius, in qua institutus fuit, sibi retinere potest quæ pars Trebellianica dicitur à S. C. Trebelliano. Cæterum testator prohibere poterit, ne Trebellianica à fideicommissio detrahatur; non minus quam ut Falcidia à Legatis. Deinde non potest deductio fieri à fideicommissis: fieri neque à legatis ad pias causas; Excipe nisi tam hæres institutus, quam fideicommissarius aut legatarius sit pia causa; Quando enim priuilegium conuenit cum priuilegio, tunc cessato utroque, seruetur ius commune.

Porrò si hæres institutus hæreditatem repudiet, tunc omnia eius iura & actiones ad fideicommissarium transferre cogitur; nullo nec damno, nec commodo apud hæredem remorante.

- 3 Præter prædictas substitutiones quatuor, sunt etiam duæ mixtæ, quia plures in se substitutiones continentur. Prima est, quoad personas, quæ dicitur reciproca, seu breuiloqua, in qua plures hæres instituti sibi inuicem substituuntur, v. c. *Instituo Caium & Titium hæres meos, eosque inuicem substituo*. Altera substitutio mixta plures in se continet secundum tempora & ætates; atque vocari solet compe'diosa; pura si pater, a

...sue descendens ita testamentum concipiat. Insti-
tuo filium meum hæredem, eique, quodcumque
ex vira decesserit, substituo Titium. Tunc si filius hæ-
res patris non extiterit, admittitur substitutus Titius
ex vulgari: si vero hæres extiterit, sed intra puber-
tatis annos decesserit, admittitur Titius ex pupilla-
ri: Si autem post pubertatem decesserit succeditur
ei ex fideicommissaria, detracta tamē non solum le-
gitima, sed & Trebellianica. Si deniq; & mente ca-
pus filius sit, succedit ei Titius ex exemplari.

In donatione inter viros veluti commissum inter-
uenire potest, si quis alteri donet ea lege, ut post trās-
actum tempus vel eueniente aliqua conditione alte-
ri tradat: quo casu res vinculata dicitur, quia alienari
possessore non potest.

Imperitia Notarii ineptē & obscurē loquentis nõ
vitiat dispositionem.

Confessio patris omne genus probationum ex-
cedit: Quamobrem etiam in externo foro, si verba
testamenti ambigua sint, sed intentio testatoris du-
obus saltem testibus probari possit ex verbis extra te-
stamentum à testatore prolatis, multoq; magis si hæ-
res certis coniecturis persuasus fateatur testatorem
voluisse instituere fideicommissum, haud dubiè cõ-
tra eum pronuntiabitur.

Hæres fideicommissio grauatus, si sine liberis de-
cesserit profitendo religionem hæreditatem acqui-
rit Monasterio, nisi aliud expresserit, & euidentis con-
iectura sit, noluisse testatorem, ut fideicommissum
ad monasterium deueniat, si grauatus in eo profite-
atur, sed statim deueniat ad substitutū. Potuit enim
testator de bonis suis arbitrata suo disponere; imò
iustam ita disponendi causam habuisse, v. c. ut in fa-
milia

milia diuitiarum decus, potentia ac restatorum memoria conferuentur.

CAP. X.

De legatis & fideicommissis particularibus.

1 **L**egatum seu fideicommissum particularis quædam est donatio à defuncto relicta & ab hæredibus præstanda.

NB. Legatum & fideicommissum particulare non differunt inter se, nisi verborum formâ, cum enim ea ad ipsum legatarium diriguntur v. c. *Lego Titio tantum* dicitur legatum strictè: cum verò ad hæredes, vel legatarium relatis verbis, rogantur, vt etiam tendent alteri tertio, dicitur fideicommissum particulare.

2 Qui testari, is etiam legari potest: Codicillum autem facere nemo potest, nisi qui & testari, & qui hæredes institui, iis etiam legata relinqui possunt: Excipe spurios, quibus habitatio solum, & alimenta relinqui possunt, modò id non fiat in fraudem.

3 Licet fratres Minores hæredes non institui possint, tamen legata per modum elemosynæ eisdem relinqui possunt, modò id non fiat in magna quantitate, vt veluti hæreditas sub nomine legatarij dari videatur.

4 Fratribus Minoribus non habitatio seu iuncta ab eorum Monasterio, nec redditus annuus perpetuus vel ad tempus longum, vt tollatur mendicitas, pro victu aut vestitu eorum legari potest; potest tamen legari pro Ornamentis Ecclesiæ, pro luminibus annuis, pro libris, pro vino sacrificij.

Ren

Rem immobilem fratribus Minoribus absolute §
legari nihil prohibet, cum eam vendere possint, &
debeant ex precio necessitati fratrum subuenire; Ni-
si hortus legatus sit ad fratrum recreationem, vel
quotidiana olera decerpenda necessarius, eum enim
possidere possunt.

Domui professæ Societatis Iesu cum hæreditas, 6
cum legatum relinqui possunt, ita tamen, ut, si in hæ-
reditate vel legato bona stabilia contineantur, vsui
domus non opportuna, ea vendi debeant.

Res non tantum testatoris propria, sed etiam ali- 7
ena legari potest (modo non sit ipsius legatarii) ita
ut hæres cogatur eam redimere & prestare, vel si re-
dimere non potest estimationem dare. NB. Lega-
tum debet esse gratuitum.

Si debitor legauerit creditori, censetur reliquisse 8
in compensationem debiti, si ex iuris necessitate de-
beat (v. c. dotem debitam item ex iniusto contractu
ut hoc modo colore legati honestius restituat) secus
si ex voluntario contractu.

Debita plerunque non possunt testamento relin- 9
qui, præterquam si iusta causa vel necessitas excuset,
quoniam ipsemet debitor dum in animo non satis-
facere queat.

Legata interdum puræ fiunt, non adiecta con- 10
ditione (cuiusmodi legatis id proprium est, ut
transmittuntur ad hæredes legatarii, licet is ante
aditam hæreditatem decedat, peritamen non pos-
sunt ante hæreditatem nisi sint legata pia, vel nisi
subsistant virtute clausulæ codicillaris.) Interdum
legata sunt in diem certum V. C. Lego Titio centum
aureos dandos ipsi Calendis Ianuarii, & hæc legata
§§ 2 annue-

annumerantur puris, vel sub conditione sunt legata, v. c. *Lego Titio centum si Caiam duxerit.*

- 11 **C**onditio in futurum alia est potestatiua pendens à sola voluntate eius, cui imponitur. v. c. *Lego Titio centum si seruum suum manumiserit; alia mixta. v. c. Lego Titio centum si Caiam duxerit.* Vtrique hoc commune est, vt si ante impletam conditionem legatarius moriatur, ad hæredes non transmittatur, si intuitu personæ relictum erat, se ceteris intuitu dignitatis, quod ex circumstantiis diiudicandum erit; an qui dotem v. c. reliquit Titiae puellæ pauperi, principaliter id egerit cauta pietatis an verò principaliter motus fuerit favore personæ quia ipsi fideliter viuuit.

NB. Si legato relicto pro monasterio in certo loco ædificando ibi ædificari non possit, alio loco ædificandum esse cum consensu Episcopi & executoris testamenti.

- 12 **L**egatum vel hæreditas relicta sub conditione nuptiarum non debetur, nisi nuptiæ signatur, cum sit iusta & honesta conditio; si tamen persona, cui relictum Religionem ingrediatur videtur eidandum secundum benignam interpretationem voluntarii testatoris. V. C. Si testatori in mentem venisset de Religionem cogitare, nihilominus legatum fuisse; Excipe nisi expressè exceperit religionem.

Adde quod etiam valeat adiectio si Titius a nuptiis abstinens, religionem ingressus fuerit.

- 13 **I**usta censetur esse conditio legato vel hæredis institutioni adiecta si in certa persona matrimonium contractum fuerit; Excipe si talis persona, cum quo matrimonium contrahendum indigna sit, vt non cum

cum ea honestè contrahi possit, habetur conditio nō adiecta, nisi per eandem illam personam stet, quò minus nuptiæ celebrentur, vel ante nuptias, moriatur, tunc legatarius legatum absolutè cōsequitur. Est enim hoc speciale in conditione mixta pendente à duorum voluntate, vt si non ex culpa grauati, sed alterius deficiat, habeatur pro impleta.

Conditio legato vel hæredis institutioni adiecta ¹⁴ si matrimonium non contrahitur, tanquam bonis moribus repugnans reiicitur, nisi vidua sit, cui ita relinquitur. Vel nisi conditio adiecta sit fauore status religiosi aut sacerdotalis, ratio; quia quod conditio non contrahendi matrimonium ab vltimis voluntatibus, tanq iam inutilis reiiciatur, id non ex iure naturali, sed ciuili proficiscitur, ciuiles autem dispositiones causis piis nihil præiudicii adferunt, nisi canonico iure approbatae sint.

Si coniux coniugi promiserat, se post mortem eius alteras nuptias nō contracturam, obligatur promissione (modò non immineat viduæ periculum incontinentiæ) sed tamen plerunque non sub mortali (ratio, quia præsumendum est, noluisse se obligare ex iustitia, sed tantum ex viri et fidelitatis sub veniali: deinde licet ex iustitia, tamen ob leuitatem materæ solum veniale, quia exiguum damnum coniugi mortuo inferatur, nisi liberi ex eo superstites sint, quibus graue damnum ex matrimonio tali accidet, vel nisi iurauerit vxor.

CAP. XI.

De executione testamenti.

In nullus à testatore testamenti executor nominatus est ad hæredem siue masculus siue fœmina,

Ss 3

siue

sive clericus sit executio spectat, ni si quod in quibusdam casibus executio ad Episcopum spectat v. c. in legali pro redemptione captiuorum & pro Eleemosynis. Quod si vnus ex executoribus moriatur, alter solus ad executionem procedere potest.

7 Qui executor à testatore nominatus est non cogitur hoc munus suscipere, postquam autem semel suscepit, potest compelli, qui verò nō suscipere vult, priuatus est commodo, quod ex dispositione testatoris ipsi proueniret, imò hereditate priuandus.

8 Fratres Mendicantes executores testamenti esse non possunt. Alii vero Religiosi non nisi cum licentia Prælati sed in Soc. Iesu requiritur ad hoc dispensatio generalis præpositi.

9 Ordinum Prælati possunt esse executores testamenti, nam facultate, quam Ordinis Prælati subdito dare potest, etiam ipsemet vtinon prohibeat. Deinde Regularis Parochus potest esse executor, cui esset in eo ratio prohibitionis, sed debent rationem reddere ordinariis, à quibus etiam delinquentia executionis officio puniri possunt, etiam si sine exempti.

10 Si religiosus contra canonum decreta executor testamentarius sit, acta eius valent, quia Canonice prohibeant, tamen non infirmant.

11 Clericus vel Religiosus testamentum executor legatum inter pauperes vel ad causas pias distribuendum Monasterio vel Ecclesiæ suæ duplicare potest, sicut quilibet executor etiam pauperibus, filiis suis consanguineis, quia nulla est ratio, cur hoc non liceat, quia non censetur causa propria, sed distinctio inter dantem & recipientem.

Non videtur executor sibi ipsi posse applicare legatum pauperibus relictum, licet ipse pauper sit, propterea quod hoc noluerit testator eo quod si scivisset eum capacem esse legati expressè ei aliquid reliquisset, & non tali modo capiendi potestatem fecisset, quod si testator ignoravit paupertatem executoris potest sibi applicare secundam præsumtam voluntatem testatoris. 7

Legata ad pias causas ob incertitudinem loci Ecclesie & caduca non fiunt, sed plerumque pauperi Dei Ecclesie danda erunt, quod si legata sunt pro duobus legatariis & non possit cognosci cuius tunc corrui legatum civili iure ad lites vitandas ita constituto. 8

Si indeterminatè legata sit res & natura terminos non habeat (videlicet si legatus sit bos aut equus) dandum est precium mediocre, si ex arte vel industria hominis V.C. Vestis, domus, dandum est precium minimum, nisi coniectura sumi possit, aliud testatorem voluisse idque etiam in legatis piis locum habere improbable non est, nam satisfacit testator (si quippiam Ecclesie promiserit) in dubio præstando rem in eo genere minorem. Ergo etiam hæres personam defuncti repræsentans. 9

Legata pia si ad usum à testatore applicari nequeant ad alium pium usum adhiberi debent. 10

Legata ad alium usum contra aut præter voluntatem defuncti applicari non possunt (nam *ultima voluntas defuncti modis omnibus servari debet.*) nisi per dispensationem summi principis ex iusta causa. Interdum tamen ad Episcopum atq; hæredè pertinet interpretari, non alienum fore à voluntate defuncti, si mutatio 11

ratio fiat. v. c. si Ecclesiae pecunia legata ad vasa sacra, sed Ecclesia non indigeat, indigeat tamen casula. potest emi casula.

12 Hæres, alique executores si negligant aut longo tempore differant soluere legata, præsertim pia grauiter peccant, eò quod si res magni momenti.

13 Hæredem vel executorem negligentem si laicus sit, vterque iudex Ecclesiasticus & secularis compellere potest ab exequendis vltimas voluntates defunctorum, nam officium huius iurisdictionis est in foro, daturque locus præuentioni. Et Ecclesiasticus iudex potest compellere quoad causas profanas: nam iudex Ecclesiasticus subuenire debet personis miserabilibus & destitutis omni auxilio, sed defunctus omni auxilio destitutus & idcirco miserabilis censetur, cum causam suam ipsemet agere non possit. Ergo.

NB. Pœnæ negligentium executorum sunt si quanto die publicationis testamenti sine causa legitima pia legata differant intra medium annum, iuste autem soluere debent cum omnibus emolumentis tum post iudicis sint.

14 Legatarius post aditam hæreditatem rei sibi legatæ dominus efficitur, inde instituere potest actionem non tantum personalem contra hæredem, sed etiam realem vindicationis, imò etiam hypothecariam.

15 Si nemo sit, qui legata præsertim pia exigat aut exigere possit ad iudicem pertinet hæredem compellere vt soluat.

C A P. XII.

De sepultura & portione Canonica.

Locus sepulturæ Ecclesiasticæ est Ecclesia & Cæ-
miterium quasi dormitorium auctoritate Epi-
scopi ad sepulturam deputatum.

Incumbit præceptum misericordiæ, si nemo alius 2
ad qui sepeliat fidelia corpora etiam sub mortali
sicut lib. 2 tract. 3. c. 6.

Ius sepulturæ communi iure competit Ecclesijs 3
parochialibus ex privilegio papali etiam Religiosis.
V. C. Prædicatoribus Minoribus.

Religiosis & Clericis, seuerè prohibitum est, ne 4
quenquam ad vouendum aut iurandum inducant,
ut potius in ipsorum Ecclesia sepulturam eligat id-
que sub excommunic ipso iure incurrenda & Papæ
reseruata.

Puberes qui liberum arbitrium habent sepultu- 5
ram extra Parochiam eligere possunt.

Religiosi cum non sint sui iuris ius sepulturæ eli- 6
gendi non habent, nisi à Monasterijs multum distitis
decedant. Nouitij autem sepulturam eligere arbitra-
tu suo possunt.

Cum Religiosi nondum sint 7. Religiosorum ge- 7
nerales possunt eligere sepulturam extra Monaste-
rium.

Qui nullâ electâ sepulturâ decedit sepeliendus est 8
in propria parochia nisi sepulchra maiorum ha-
beat.

Famuli Religiosorum intra Monasterium vel 9
collegium morientes in illorum Ecclesijs sepeliri pos-
sunt.

Omnes fideles in loco sacro sepeliendi sunt, nisi 10
con-

Ss 5 con-

constet decessisse impœnitentes vel nisi ob Canon-
cam pœnam aut censuram prohibeantur.

¶ 1 Catechumeni in loco sacro non sunt sepeliendi,
nempe qui non communicauit in Paschate: Excipe
nisi adferat causam: Vfurarius manifestus, Religiosus
manifestus proprietarius, manifestus raptor; si tamen
hi ante mortem reconciliati aut signa pœnitentiæ e-
diderint, idque testimonio vnus hominis, sepeliendi
possunt: Excipe qui moriuntur in hastiludio etiam si
signa pœnitentiæ ediderint, non sunt in loco sacro
sepeliendi.

¶ 2 Omnis peccator moralis notorius sepultura sa-
cra prohibetur, si eum absque pœnitentiâ decessisse
præsumi possit, qui in adulterio occisus non est se-
peliendus, quia non præsumitur contritus decessisse:
contritio enim est quid facti, factum autem non præ-
sumitur sed ostendi debet.

NB. Si alicuius corpus in aliqua Ecclesia ad quam
iure non pertinebat, sepultum fuit, exhumari & re-
stitui debet cum omnibus oblationibus si petantur.

¶ 3 Duplex est portio Canonica, vna Episcopalis (ce-
tera portio tertia vel quarta pastoralis debita Episco-
po ex oblationibus & legatis, quæ facta sunt
Ecclesiis, sed per consuetudinem plurimis locis est
ablata) alia est portio parochialis (quæ Ecclesiæ pa-
rochialis, in qua aliquis de iure sepeliendus fuit,
debetur) in legatis & oblationibus funeri factis Ec-
clesiæ illi in qua sepultura electa est, & hæc por-
tio varia est, per consuetudinem
etiam aboleri po-
test.

TRACTATUS VI.

De
Iudiciis.

Iudicium (dictum à Iuredicendo, quia in eo per sententiam cum autoritate profertur, quod iustum) diuiditur in Ecclesiasticum (est enim contentio si de causis Ecclesiasticis, putà de beneficijs, decimis, matrimonio, de personis Ecclesiasticis, quæ coram iudice Ecclesiastico solum conueniri possunt etiamsi actor sit laicus, quia actor forum Rei sequitur) & seculare (si contentio sit de re non Ecclesiastica sed seculari & inter laicos, vel saltem si Reus sit laicus.)

NB. In causis Ecclesiasticis laicus iudex esse non debet, quia laici spiritualia tractare non debent c. 2. de iudicijs.

Nec clericus actor coram seculari iudice in eodem iudicio reconueniri potest.

In causa Ecclesiastica laicum vnà cum clerico arbitrari constitui potest sed non iudex, quia arbitrari in re spirituali non est ita actus spiritualis sicut est iudicare: Laici tamen possunt esse consiliarij in causis Ecclesiasticis, quia non agunt authoritatiuè aut tanquam proprio iure.

Alia diuisio sumitur ex diuersitate formæ. Quod aliud iudicium est petitorium (in quo de rei proprietate alio iure agitur; aliud verò iudicium possessorium in quo de sola rei possessione agitur.

NB. Licet prius petitorio actum fuerit, non prohibet.

prohibetur auctori ante conclusionem causae, vel etiam post conclusionem, si iusta causa subsit alterum iudicium super possessorio inchoare, ostendendo per violentiam se à possessione eiectum.

Tertia diuisio sumitur ex diuersitate formae. Quod aliud iudicium est ordinarium & solemne, in quo iuris ordo ac forma obseruatur; videlicet ut Reo in ius citato libellus siue intentio Actoris in scripto edatur: Deinde litis contestatio fiat, iuramentum calumniae praestetur (si id petatur) postea probationes proferantur: denique sententia à iudice in scripto proferatur: qui ordo iudicij si non seruetur, eius acta irrita sunt. Aliud vero iudicium est extraordinarium seu summarium in quo simpliciter de plano sine solemni strepitu ac figura iudicij, sola facti veritate inspecta proceditur. In omni tamen iudicio Reus conuentus citari debet, data ei copia se defendendi, alioquin processus irritus est, excepto, si causa notoria sit, & clarum, nullam parti absentis defensionem competere posse. Quod si legitime citatus nec per se, nec per procuratorem compareat, cum comparere possit, contra eum rectè proceditur, vsque ad sententiam definitiuam.

Quarta diuisio sumitur ex diuersitate finis. Quod aliud est iudicium ciuile, in quo actor suum, vel alterius commodum priuatum prosequitur; siue causa ex contractu, siue ex delicto descendat: Aliud vero iudicium criminale, in quo agitur in causa criminis ad vindictam, seu pœnam publicam, siue pecuniaria applicanda fisco; aut publici officij priuatio. Pro cuius pleniore intellectu. NB. Quod crimina, quae à Magistratu puniri solent, alia contra publicam, tantum iustitiam sint, sine offensione particularis personae,

næ, uti sunt hæresis, simonia, blasphemia, ex quibus vna tantum actio, vel potius accusatio descendit, quæ fit ad publicam vindictam. Alia verò sunt crimina, quibus non tantum offenditur publica iustitia, sed etiam particularis persona, uti sunt homicidium, furtum, iniuria siue contumelia. Ex quibus duplex actio oritur, vna criminalis ad publicam vindictam, & altera civilis ad damnum resarciendum vel pœnam applicandam parti offensæ, V.C. contumelia.

Si vtraque actio civilis & criminalis ad pœnam seu vindictam tendit vna intentata altera tollitur, secus si ad diuersa tendant. V.C. vna criminalis ex causa furti, visillatæ ut tum vna per aliam non tollitur.

NB. Præter actionem criminalem & civilem est alia quasi mixta, & de vtraque particularis, ut cum agitur coram iudice Ecclesiastico ad separationem thori ad causam adulteriij.

C A P. II.

De Iudice.

Iudex (est persona publica ad id constituta ut secundum legis præscriptum, vel loci consuetudinem populo ius dicat) alius est ordinarius (qui tanquam ex officio vniuersitati causarum præest, siue ex proprio iure suo si supremus Iudex sit, siue ex Principis beneficio si subordinatus; alius est delegatus (cui ordinarius vices suas commendauit.

NB. Arbitrarius nemo constitui potest antè annum ætatis vigesimum neque Iudex antè eam ætatem delegari nisi à principe, vel si partes consentiant, ordinariè administrator Reip. debet attingisse annum vigesimum quintum.

In

- 2 In causis ciuilibus Iudex non procedit nisi postulat (quin & tunc operam dare debet, vt si fieri possit, partes ad concordiam reuocentur; cum ad officium eius pertineat lites diminueret.) In criminalibus autem causis procedit vel ad instantiam accusatoris, vel ex officio per viam inquisitionis.
- 3 Triplex est inquisitio Iudicis: vna generalis (qua fit, vtum in communitate aliquis sit criminolus, quia nulla infamia praecedit.) Altera, cum generatim quaeritur de crimine, speciatim de persona. Vtrum V.C. Titius semel statuta: Cuiusmodi inquisitio fieri non debet ad puniendum, nisi infamia, vel iudicia criminis praecedant. Quia merito aliquis agere fert in vitam suam quasi malefactoris inquiri, dum famam integram seruet; Porro cum quaeritur generatim de persona, speciatim vero de crimine, quod commissum esse constat. V.C. Quis huius homicidij auctor sit? licet iudex de commisso crimine cuius notitiam acquisiuit generatim inquirere possit; interrogati tamen denunciare non debent reum occultum, cum iudex non habeat ius de illo inquirendi, nisi de eo infamia vel sufficientia iudicia praecedant. Tertia est inquisitio specialis in qua iam persona, quam crimen exprimitur V.C. Vtrum Titius homicidij author sit; hinc inquisitionem infamia praecedere debet, Iudice prius informato de ea, & de iudicijs. Ratio: quia equitas postulat, vt in omni iudicio praeter Iudicem duae partes adsint; vna Rei, altera Actoris seu accusatoris. Neque idem potest esse iudex & accusator cum alioquin iudicia publica saepe praueverti possint, si ex notitia Iudicis priuata contra Reum procedere liceret iuxta Apostolorum actus, cap. 25.

Quam

Quamobrem si iudex ad punienda crimina ex officio procedat, tunc accusatoris vicem supplere debet publica infamia, quæ & clamorosa populi infirmitas dicitur.

Sola fama non probat (orta ab iuribus improbis iuxta Caiet. *Infamia vocatur non frequens vox discolorum sed frequens vox talis, ut apud probos & prouidos viros reddatur persona de crimine rationabiliter suspecta.* Quia dictum vnius facile sequitur multitudo nimis credula & praua in malum; sed criminis iudicium iudicij præbet, ob quod vltiorem processum V.C. Rei citationem, custodiam instituere possit donec veritas cognoscatur.

NB. Iudices præsertim seculares sæpè procedunt contra criminofam nulla præcedente infamia, ex alijs indicijs criminis.

Indicia alia leuia sunt, quæ dubitationem mouent; alia grauia, quæ præsumptionem includunt (quæ duplex; iuris, quæ ex iuris autoritate prouenit; talis est V.C. si quis inter Christianos natus sit, quod probaptizato haberi debeat; alia hominis, quam vir prudens, puta Iudex ex apparentibus coniecturis tanquam signis veritatis concipit.) Alia iudicia sunt, quæ violentam præsumptionem, ac moralem certitudinem pariunt; quamuis in his, si de contraria veritate aperte constat, præsumptioni nullus locus esse potest, quia præsumptio cedit veritati.

Ex vna parte tantò maiora iudicia ad inquirendum de persona requiruntur, quantò ea dignior est, præsertim si Ecclesiastica dignitate fulgeat. Nam causa 2. quaest. 5. *Prælati quasi signum sunt ad sagittam positum quia non possunt omnibus placere; eum ex officio tueantur*

ARGUE-

arguere, frequenter odium multorum incurrunt, & in illis patiuntur. Maiora item indicia requiruntur, quo maius est crimen & maior hominis infamatio timenda, de eo inquiratur; unde magna prudentia opus iudici. Ex altera parte tanto leuiora indicia saepe ad inquirendum sufficiunt, quanto perniciosius est Reipub. crimen.

7 Iudex non potest absoluerè innocentem, quoad is secundum publicas probationes nocens appareat, neque potest Reum condemnare antequam per legitimas probationes conuictus, vel sponte in iudicio Confessus sit; quamuis iudex priuata notitia sciat nocentem esse. Nam iure gentium iudicandi potestas tali conditione Magistratibus collata est, ut ea non nisi secundum publicas allegationes vtantur, ne alioquin prætextu priuatæ notitiæ publica iudicia ab improbis peruertantur.

8 Excipe tamen in causis notorijs & indubijs non semper requiri iuris processum, V. C. quoad furem & latronem in flagranti crimine deprehensum.

In causis ciuilibus, ac in notis criminalibus semper Iudex sententiam ferre debet secundum publicas allegationes, cum eas falsitatis arguere non possit, quia Reipubl. plurimum interest, ut quoad bonum subditorum iudicia secundum publicas allegationes terminentur. At verò in criminalibus quibus pæna mortis vel membrorum mutilatio imponenda est, Iudex non potest secundum publicas allegationes hominem condemnare, quem priuata notitia scit innocentem esse; ratio. Nam hominem in noxium occidere & in trinscè malum est, unde id iure gentium non conceditur, etiam nec carnifer potest occidere. Reum, quem scit priuatum esse innoc.

innocentem : reus tamen non potest resistere ob scandalum.

Sententia iuste lata ordinariè non retractatur propter instrumenta postea reperta; secus si inimice lata fuit contra leges. Dixi ordinariè : Nam si causa publica sit. V. G. ad fiscum spectans propter noua instrumenta reperta; Item si causa ad Minorem vel Ecclesiam spectet.

Si Iudex dolo vel magna imperitia sententiam iniuste tulit, litem suam facere censetur & de damno tenetur, & amissa dignitate, efficitur infamis : Et habet hoc etiam locum in arbitris, quia arbitria ad formam iudiciorum redacta sunt : Item in imperito Tabellione male conscientiae instrumenta, quia imperitia culpa imputatur. reg. 174. ff.

NB. Si Iudex ex fragilitate per errorem male iudicauit, cum formaliter non laesit partes, ad nihil tenetur, nisi quod si sine magno incommodo suo fieri potest, suadere debeat parti damnatum iniustum materialiter illatum, ne causae reuisionem postulet.

Nemo in causa propria iudex esse potest, quia iudex debet esse medius ac veluti diremptor inter partes contendentes. Excepto nisi sit Princeps summus comparatione subditorum suorum, qui nisi aliud constitutionibus regni receptum sit cum consiliarijs suis agnoscere ac definire litem potest, idque propter plenitudinem potestatis, & quod nihil nisi iustum in primatibus praesumitur.

Excipe secundo nisi iudex ratione publici officij calumniatus & iniuriatus fuit : Tertio Prælati potest

T t

potest

potest esse iudex in causa Ecclesiastica: Quarto quod iudex à parte requisitus. Si dubitetur an iudicandi potestatem habeat, id ipsum ante omnia decernere possit. Nam *pratoris est astimare an sua sit iurisdictio.*

- 12 Otto dubio, num causa ad hoc forum pertinet, id potest iudex agnoscere & potest causæ principalis processum adori nam alioquin V.C. Episcopus iudicatus sibi non foret ad gubernandam diocesis. In orta controuersia circa fundamentum suæ iurisdictionis, illam dirimere non possit.

NB. Si iudex à parte contendente tanquam iudex spectus recusetur iurisdictionis huius recusationis cognoscere non potest, sed causa super sedenda erit. Nam exceptio suspensionis (nisi nota iudice friuola sit) sicut laudicem in habilem reddit, quominus cognoscere possit super principali ita & multò magis super incidente; cum per talem exceptionem ad indignationem prouocetur.

NB. Illud nemo in propria causa iudex esse debet, intelligitur ne directè id fiat in propriam utilitatem sententiam ferendo.

C A P. III.

De Actore & Accusatore.

- 1 **Q**uia in ciuilibus actor, in criminalibus accusator dici solet, Quod ad Actorem attinet; contra iudex officium suum ei non impeditur nisi impetratus; ideo si Actor aduersarium ad certum tempus citari faciens, plerum tempore constituto non compareat, instare potest Reus præsens, ut iudex causam cognita illum ad expensas condemnet, quas Reus citatus

factis in comparando facere debuit. Et videtur id etiam locum habere in Accusatore, quin & in Reo si peremptoriè citatus contumaciter non appareat, quod ad expensas Actori condemnari debeat. Neque ad alteram citationem devenire oportet, nisi contumax sufficienter careat in iudicio sisti. Denique si Reus ad trinam & peremptoriam citationem nec per se, nec per procuratorem compareat, nulla legitima causa impeditus per iudicem missio fieri potest in bona eius, alioquin excommunicatio inferri. Sin vero Actor contumaciter non compareat Reo præsente testas recipi, & ad definitivam sententiam procedi posse, etiam lite nondum contestata. Nam actoris contumacia in tolerabilior est, quam Rei.

Citatio Rei, per quam Reo præsenti copia datur se defendendi, est necessarium fundamentum omnis Iudicij, nisi notorium sit Reo nullam defensionem competere posse, tunc enim statim ad condemnatoriam sententiam procedendum.

NB. Libellus Actoris syllogismum Iuridicum continere debet Reo per iudicem offerendus, cuius syllogismi propositio sit principium iuris; assumptio verò facti speciem; conclusio petitionem contineat. V. C. Emptor rei obligatus est ad soluendum precium, tradita ipsi merce: Titius à me equum, quem eidem tradidi. Ergo peto, ut Titius mihi precium equi soluat. In quo Actor probare debet assumptum; quia affirmanti incumbit probatio; sin vero Reus contra Actorem excipiat tunc onus probandi in Reum rejicitur. Quia, sicut Actor intentionem suam, ita Reus exceptionem probare debet.

Litis contestatio (quæ fit per petitionem Acto-
ris

ris, in iudicio & Accusatori responsionem amodo
 configendi, unde apparet, idcirco appellari
 litis concertationem, quod Actorius sibi effere-
 stetur. Aduersarius autem contrarium esse ardeat,
 in extraordinario iudicio autem litis concerta-
 tio non requiritur) est fundamentum iudicij ordi-
 narij.

NB. Ex schedula libello infamationis publico
 aut priuato loco affixa iudici non est procedendum,
 nisi crimen sit perniciosum in futurum aut si publico
 infamia criminis antecessit.

- 4 Accusatori onus probandi incumbit non denun-
 ciatori: Alioquin pœna talionis scilicet tali, qui-
 lem alteri per calumniam inferre tenderat, plecten-
 dus, hodie tamen sola pœna arbitraria est in
 vsu.
- 5 Inter denunciationem charitatiuam & iudicia-
 lem hoc discrimen est, quod finis charitatiuæ de-
 nunciationis sit emendatio fratris; sed finis iudi-
 cialis denunciationis est vt satis fiat communitati la-
 sœ: Et in denunciatione charitatiua non debet in-
 scribere nomen suum, sed in iudiciali debet, &
 postea vocatus coram Iudice comparere, ad pu-
 blicam testimonij depositionem Reique conuictio-
 nem.
- 6 De crimine pernicioso si alia ratione impediti
 non potest accusare vel denunciare, & quisque obli-
 gatus est. De crimine autem non pernicioso in futu-
 rum, nemo accusare tenetur.
- 7 Iudex ad se delatam accusationem ordinariam
 admittere cogitur, quia ad Iudicis officium pertinet,
 vt iustitiam administret partibus postulantibus seu
 proprijs seu publici boni causa: Excipe: Nisi bonum
 publi-

publicum postulet, ut à iudiciario processu & condemnatione absteatur, puta quia Reus Reipubl. valde utilis est, vel si ex accusatione, aut condemnatione grauis tumultus populi timeatur.

C A P. IV.

De Probationibus.

Post litis contestationem & iuramentum Calumnia, si id exactum fuerit, ad probationes devenitur, quæ in causa civili variæ sunt, videlicet per Testes, per Instrumenta aut libros antiquos, per famam, indicia.

Instrumentorum duplex genus est: Publicum (à Notario confectum item protocollum Notarij, si non agatur de rebus magni momenti, & libri censuales) aliud instrumentum priuatum, quod à priuato nulla publica autoritate confectum est, cuius ea conditio est, ut si sola sit, ac Testium subscriptione non munita contra auctorem suum probet, æquum tamen est, ut rationibus mercatorum saltem in minoribus debitis fides habenda sit: Quia alioquin officium ipsis à publico Magistratu creditum, tacito mandato, ut eo dicam rationum conficiant, eis damnosum foret.

Duo testes ad plenam probationem ordinariè requiruntur & sufficiunt, iuxta Christi Matth. 18. *In ore duorum vel trium testium stet omne verbum.* Ratio: quia plerumque periculum subest, ne vnus homo peruer- ti possit, sed non tam facile duo peruertuntur, saltem ut per omnia conformiter loquantur: Dan. 3.

NB. Laicorum testimonium contra Clericum in

T t 3 crimi-

criminalibus plerunque non admittitur, ut sufficit ad probationem plenam. Quia laici solent esse infelices clericis: Præterque si crimen exceptum sit.

4 Testes debent esse omni exceptione maiores, multi enim iure repelluntur. Primo, Inimicus in criminibus exceptis repellitur, dummodo inimicitia grauis sit secundum iudicis arbitrium. Secundo repelluntur consanguinei eius vel affines, pro quo testimonium est dandum: Tertio domestici eius V.C. vxor, filij, famuli: Tamen in subsidium, si alij testes haberi non possunt, admittuntur. V.C. in adultério. Quarto repelluntur infames infamia iuris & facti: si aliter veritas cognosci non possit, vel quia crimen suapte naturæ occultum sed nullam si demerent sine tormentis. In causa tamen ciuili non ardua infamia facili laborans admittitur. Quinto persona vilis & inops si de ea suspicio sit, quod corrumpi poterit, secus si honesta & bonæ famæ. Sexto, Paganus, Iudæus, Apostata. Septimo socij criminis, nisi in criminibus exceptis. Octauo, Mulier in causa criminali. Nono minor XX, annis repellitur à testimonio in criminalibus, in ciuilibus autem admittitur, si puber sit, etiam in crimine excepto. Decimo, In causa propria nemo admittitur testis. Prælati tamen & Clerici possunt esse testes in Ecclesia sua, quia non censentur mentiri proprio commodo.

NB. Interdum testes minus idonei in causis ciuilibus possunt admitti, si Reus non excipiat contra illos.

5 Testes in iudicio debent esse iurati & de eodem facto singulari contestari, alioquin ijs non creditur in præiudicium alterius.

6, In quibusdam casibus non iudicialibus, nec aliter

præiudicantibus sufficit testimonium vnus. V. C.
An infans baptizatus sit; Ecclesia consecrata.

Vnus testis omni exceptione maior, ordinariè in 7
iudiciali foro efficit probationem semiplenam, quæ
tamen etiam in criminalibus sufficit ad torturam;
Testis autem minus idoneus in criminibus exceptis
non facit semiplenam probationem, sed solum iudi-
cium, quod iunctum cum alijs indicijs sufficere pos-
sit ad torturam.

Testis à competente iudice interrogatus legiti- 8
mè, veritatem fateri obligatus est; Nam iusto Supe-
rioris præcepto parendum est. Quod si testis mali-
tiosè veritatem celare nititur, etiam potest inter-
dum torqueri, quod si per errorem aut obliuionem
falsum testimonium tulit, debet reuocare.

(Vbi tamen casus sunt, in quibus aliquis interro- 9
gatus de crimine testificari non tenetur: Primò si
non sit confessio Sacramentali. Secundò si cri-
men planè occultum, & nulla indicia adsint, nisi sit
perniciosum. Terpiò si quis sub sigillo secreti acce-
pit, ut consilium adhiberet, misero delinquenti, pu-
ta medicus, obstetrix, aduocatus, vir doctus,
nisi præcessit criminis infamia & iudex sciens secre-
tum commissum esse medico &c. tunc veritas ape-
rienda est, quia pactio priuata secreti seruandi, quam
vis iuramento firmata sit; non potest iure magi-
stratus præiudicare, si scilicet crimen sit perniciosum
Reipubl. & merè præteritum; Alioquin non. Quar-
to, si quis notitiam delicti per iniuriam acceperit
V. C. literas aperiendo, vel hominem per vim cogendo
ad reuelandum; tunc ne iudici quidem interro-
ganti procedere iustè potest. Cû nõ minus ex delicto

Tt 4 qui-

quam ex voluntario pacto obligatio iustitiae contrahatur ad damnum alicui datum non extendendum, sed potius quatenus fieri potest refarciendo. Quinto si scias factum Titij de quo interrogatus, à peccato & pœna alienum esse. Sexto si ex testificatione tui vel tuis notabile damnum imperdeat, nisi in crimine pernicioso.

- 10^o Parentes contra liberos, & liberi contra parentes in testimonium non vocantur exceptis criminibus atrocibus, veneficij, hæresis, nec frater contra fratrem.

Denique personæ exemptæ aut privilegiatæ non coguntur esse testes V.C. Clerici coram iudice seculari, volentes tamen admittuntur. In defectu tamen aliorum debent, sed coram Ecclesiastico iudice, vel eò consentiente coram seculari.

C A P. V.

De Reo.

- 1^o **R**eus alius est civilis debiti, & alius Reus criminis, vel saltem, ut talis in iudicium vocatur.
- 2^o Reus à competente Iudice legitime interrogatus in iudicio veritatem edicere tenetur, ratio: Quia iusti superioris præcepto obligat, & alioquin prorsus iudicia eluderentur cum magno Reipublicæ detrimento quandoquidem Reus criminibus condemnari non potest, nisi vel crimen confessus sit, vel de eo apertissimis documentis convictus sit.

NB. Probabilis est sententia: Reum non esse obligatum confiteri crimen quod morti dignum est, si intelligat, illud plene probari non posse ideo

ideoque nisi ipsemet se prodat, liberandum fore. Ratio: Quia leges & præcepta humana ordinariè nõ obligant cum discrimine mortis ob naturalem propensionem seruandæ propriæ vitæ. Deinde si nemo cogendus est sibi sanguine iunctum prodere cur ad se ipsum prodendum aliquis cogi possit; ita vt sibi ipsi mortis causa existat.

Cófessarius ex hac sententia Reum, qui conuinci non potest, non nimis vrgere debet ad confitendum crimen morte dignum. 3

Reus post laram à iudice sententiam non fateri tenetur crimen, quod ante falsò negarat, quia finito iudicio, finitur etiam obligatio Rei.

Reus contra iuris ordinem à iudice examinatus non tenetur crimen fateri, vnde tenetur Iudex Reo aperire statum causæ, testes, indicia vt illi appareat, numius habeat illum examinandi, & an iuridicè procedat. Neque obstat etsi Reus dissimulans veritatē, quia non legitimè examinatur, intelligat inde Iudici, Accusatori, Notam calumniæ aspersum iri. Nam *nullus videtur dolum facere, qui iure suo vtitur. Reg. 55. ff.* Nam hoc est per accidens: Est tamen opus virtutis, vt Reus vltro crimen suum prodat ad sustinendam iustam criminis vndictam. 4

Iudex Reum infamatum vel conuictum de vno crimine, non debet examine de alterius criminibus, quæ neque suapte natura neque indiciiis connexa sunt. v. c. Deprehensus in furto non debet examinari de homicidio: Ratio; quia Iudex non potest inquirere de crimine, nisi sit ei aliquomodo tanquam publicæ personæ cognitum. Quod Iudices seculares contrarium faciunt, id non est secundum iura, excepto si quis sit famosus fur, aut famosus latro. 5

Tr 5 Si in-

6 Si indicia ad capturam Rei sufficientia non sunt, totus etiam reliquus iuris processus corrumpitur. Unde confessio extorta sine sufficientibus signis est nulla, etiamsi millies fuerit ratificata.

7 Si Reus crimen ultro confiteatur, eius indicia det, de eo sine aliis testimoniis puniri potest, cum per talem confessionem crimen publicum fiat, indagare tamen oportet, Iudicem indicia criminis: Nam ut Mynsing. ait: Spontanea delicti confessio non sufficit ad condemnandum aliquem poena capitali, nisi aliunde etiam constet delictum commissum esse v. c. si quis dicat, se esse magum, & nulla sunt indicia.

8 Iudex Reum de crimine confessum non potest interrogare de sociis, nulla indiciorum suspitione aut infamia laborantibus iuxta illud: *Nemo super proprio crimine confitentem de conscientia scrutetur aliena*, nisi crimen sit exceptum, vel perniciosum, ut haeresis, veneficium, furta etiam per consuetudinem.

NB In crimine veneficii foeminae ob sexus fragilitatem non aequè ac masculis credatur. Unde iudex non tantum attendere debet ad denunciationem sed ad qualitates personarum. Si enim duae veneficae de se ipsis crimen confessae aliam personam denunciant consentiendo circa idem factum particulare, & constanter adhibitis tormentis perseverent Iudex procedere poterit ad capturam personae denunciatae nisi ea bonae famae sit, ne veluti elidantur indicia: si autem denunciations veneficarum singulares sint, seu non contestantes de eodem facto particulari neque aliter adminiculatae, etiam sex, octo, decem sint de eadem persona bonae famae, non efficiunt sufficiens indicium ad capturam, sed tantum ad in-

ad informationem alteriorem accipiendam, & interdum hominem attestandum ne fugiat. Secus est si persona sit infamata de aliis vitiis disponentibus ad veneficium v.c. de Sodomia, incestu, & frequentibus blasphemis.

Tortura non adhibetur nisi in criminibus graui- 9
bus & per duos testes probatis, si adsint indicia gra-
uia, sed non sufficientia ad probationem plenam:
Ratio; Quia alioquin passim scelera grauissima ma-
ximo Reipubl. damno impunè patrari possent ab
hominibus callidis, modò operam darent vt testes
idonei aliaque criminis sufficientia documenta re-
mouerentur.

Quod si quis torqueatur in iis, quæ pœnam
pecuniariam aut exilii merentur potest appellari à
tortura inique sibi data: Nam tortura ad elici-
endam criminis confessionem instituta non de-
bet esse tanta vel maior pœna, quam illa
sit, quæ in eiusdem criminis condemnationem
inferretur.

Reus semel tortus iterum torquendus non est, 10
nisi nouum indicium accedat: Ratio; Quia per
torturam toleratam infirmata censentur prius ha-
bita indicia. Quod si vero Reus crimen, quod
in tortura confessus erat, postridie retractet, i-
terum torquendus est, quia retractatio factæ con-
fessionis in tortura infirmat torturam, vt perin-
de sit ac si nulla præcesserit; interim iudiciis in
suo vigore permanentibus. Cæterum si tertio ita
tortus & confessus tertio retractet, dimittendus,
si tamen grauissima indicia adsint, vt vehementem
præsumptionem pariant, crimen à Reo malitiosè
negari sepius potest torqueri.

Iudex

11 Iudex non debet ita torquere Reum, vt moraliter ei impossibile sit crimen non fateri, cum enim talis confessio quodammodo inuoluntaria sit, non potest in iudice estimari, cui etiam ratificatio non omnino libera, & sequetur condemnatio non propter confessionem sed propter indicia, quæ vt puniuntur sufficientia non sunt ad condemnationem.

12 Certæ personæ sunt, quas torqueri nolimus nempe impuberes, senes, prægnantes, vir nobilis, Doctor, Consiliarius & filii eorum, excipe crimina excepta.

NB. Rata esse debet confessio extorta per fictam promissionem si non Reus retractet.

13 Si Reus confessionem per mendacium, simulationem, dolumue Iudicis extortam postea retractet, non potest ex illa condemnari, si enim examinatio Iudicis iusta & legitima non est, neq; confessio rata & iuridica censi debet.

14 Saluus conductus duobus modis dari potest; primo: in forma iuris communis, vt Reus contra omnem violentiam seu vim iniustam defendatur salua tamè iustitia seu iuris executione, quæ non obstante saluo illo confiteri possit, exemplum habes in Hieronymo Pragensi. Secundo in forma specialis iuris, vt cum promittitur securitas contra omnem vim etiam aliquam iniustam, saltem in illa causa de qua agitur præstandum, exemplum habes in Concil. Trident. saluum tale conductum dante Hæreticis Germanis.

15 Si Reus ordinariè puniri debet in loco, vbi deliquit, verum secundum Germaniæ consuetudinem necessario mittendus non est ad locum delicti. Quibusdam regionibus in praxi obseruatur, vt si fur cū rebus subtractis & alio delati apprehendatur inibi

capi

capi & puniti possit sicut Iudæos ante decem annos Francofurti, quia rem furtivam detinens continuo delinquere censetur.

Iudex domicilii potentior esse solet quam iudex 16 originis: Nam Iudex domicilii etiam in absentes ciues iurisdictionem obtinet, eosque citare potest: at Iudex originis iurisdictionem non habet in originarios, qui alibi domicilium obtinent, nisi dum in loco suæ originis commorantur.

Vnicus de Sagis.

Plures fœminæ, quam viri veneficii obstricti 17 sunt, Ratio: eo quod mulieres ob defectum iudicii & experientiæ citius credunt, & facilius decipiuntur, sunt magis curiosæ, ad libidinē proniores, item pusillanimes facilius dæmonis solatia admittunt.

Sagis ad veram pœnitentiam convertere diffici- 18 le, sed non impossibile est; si tamen ultro saga confiteatur, proposito ipsi periculo animæ in quo versatur, ut sigillo sacramenti ætissimo indaget tempus & occasionem criminis, postea examinet de modo & qualitate superstitionis vtrum ex animo fidem abnegarit, diabolum adorarit, falsa de Deo tulerit, an rebus sacris abusus, hominibus damnum intulerit nã læserit personas valde coniunctas, vt parentes, liberos & an Clericos idque propter excommunicationem, vtrum alios seduxerit & an si in crimine persistant, quia tenetur illos convertere, aut si noluit magistratui deferre, non tamen obligatur, si ei imminet periculum captivitatis.

NB. Confessorius præterea debeat laborare vt saga agnoscat mendacia diaboli, vt abiurato diabolo

bolo

bolospem in Deum concipiant, preces frequenter ad Deum fundant, ad diabolum repellendum, & signum reliquias Sanctorum, agnos Dei usurpent, frequenter confiteantur saepius fidei professionem repetant.

- 19 Confessarius agendo cum sagis à Iudice captis aut condemnatis magna prudentiâ uti debet; nam consultum non est, ut sagæ ante iudiciale examen ad confessionem sacram admittantur, quia vix adigantur ad confessionem criminis, si tamen consuetudo sit, nihil obstat, quominus confessarius ante iudiciale examen sagas accedat, ad contritionem, patientiam & obedientiam Magistratui debitam scribè cohortetur: Porro cauere debet, ne coram sagis modum procedendi Magistratus reprehendat, item expedit, ut habeat Confessarius confessiones quas fecerant coram iudice, ut si postea coram confessario negent, refelli possint, addita exhortatione, ut *in* vitæ termino suo sincerè agant coram Deo eiusque ministro sacerdote, neque sinant se à dæmone decipi & ad æternas pœnas deduci, proposita ipsis magna Dei misericordia, per quam conferuntur, ut subito ex dæmonis faucibus eripi possint, alioquin æternum arsuræ: Animentur ad fortiter subeunda supplicia momentanea, quibus satisfacere poterint pro peccatis atque æternas pœnas redimere; Si autem & saga constanter dicat, se innocentem esse, & metu tormentorum falsam, consoletur dicens illi, etiam Martyres passos fuisse immeritos; pœnam, hanc fore ei ad meritum, interim verò sciat, Deum non decipi ideoque caueat, ne innocentem se faciat contra scientiam Dei, cum diabolo perpetuum iuat.

Sagæ tenentur eiusdem criminis reos iudici pro-
dere, vt pernicioſa flagitia à Magiſtratu extirpari poſ-
ſint, quod ſi innocentes denunciant, ſerò etiam, ſi
nouiffima tormenta ipsis ſint perferenda, retractare
mandet.

Si teſtis aut denunciator teſtimonium ſuum re-
uocet probabilem erroris ſui rationem afferens au-
diri debet.

Iudex plerunque æſtimare non debet reuocatio-
nem denunciationis poſt latam ſententiam conde-
mnatoriam denunciantis, etſi is morti proximus re-
uocet: Ratio: quia enunciatio in tormentis facta
ac poſtea coram Notario & teſtibus ratificata præ-
ſumptionem veritatis indicat. Ergo non eliditur
per ſubſequentem reuocationem extra iudicalem
& non ſolemneſ. Et reuocatio hominis mori tu-
ri vt pote animo perturbato, non efficit præſumpti-
onem certam ſicut vulnerato non creditur ſi mox
deceſſurus dicat, ſe à Titio percuſſum fuiſſe, niſi id a-
liter probari poſſet.

Confefſarius fruſtra laborat ſi poſt ſagæ ſuppli-
cium Iudici ſignificet, eam reuocafſe denunciatio-
nes cum iudices non acceptent; adde, quod confeſ-
ſarius frangeret ſigillum, ſi ſine licentia aperiret in-
iuriam denunciantis; Quare ſi mulier conſtanter re-
tractet innocentis denunciations, roget mulierem
vt extra confeſſionem ſibi dicat, vt hoc ipſum iudici
deinde ſignificare poſſit.

Poteſt tamen confeſſarius mulieri perſuadere, vt
coram populo retractet denunciations innocentis,
quia ſaltem aliquatenus talis reuocatio coram
Deo teſte facta debilitat priorem denuncia-
tionem.

Quod

24 Quod si fœmina coram Confessario constanter neget, se esse sagam, & de reliquo sincerè confiteatur, dicat que se metu tormentorum fallam, absolui debet, tamen seriò monenda, vt ad tollendum de deo, quod sibi ac familiæ inferet, constanter retractet, modo spes sit, Iudicem eam audituram, solent enim Iudices stare confessione semel ratificata, nisi probabilissima argumenta commissæ fallitatis appareant. Quod si mulier malit mori, quam retractare, potest se confirmare probabili sententiæ Doctorum, asserentium, neminem tenere cum tantis tormentis vitam seruare, etsi cõtraria sententia speculatiuè vera sit: Qui enim causam suæ mortis posuit, tenetur eam tollere, sed Reus. Ergo.

25 Etsi confessarius ex sacramentali confessione allegat, mulierem re ipsa innocentem esse, tamen iudicem de ea re monere non expedit: primò, quia Iudex non credit, secundò quia si sciatur confessarium intercedere pro reis, quos ipse innocentes esse ex sacramentali confessione suspicatur, alii verè nocentes ex inde occasionem accipient, facinora sua callide confessario celandi, non sine graui sacrilegio animarum suarum pernicie.

26 Iudex mulieres de maleficio suspectas capere & torquere debet, secundum indicium grauitatem, nam sola infamia ab hominibus improbis orta sine probabili causa & coniectura non sufficit ad capturam & torturam.

NB. Grauia indicia requiruntur ad capturam & torturam, grauiora ad capiendam personam in dignitate & statu Clericali constitutam. Ad torturam inferendam suspecto generalis regula est ex l. i. ff. de quaest. Quod talia indicia opus sint, quibus animus iudicis

judicis planè inclinetur ad existimandum hominem
noxium esse, vt iam nihil aliud de esse videatur, quam
ipsius rei confessio.

In criminibus exceptis etsi Reus confessus nō sit, 27
damnari potest, propter multiplicatas denunciatio-
nes personarum infamium, modò sint contextus e-
iusdem criminis particularis, quia siue vt personæ sa-
gæ constanter de proprio crimine confessæ denun-
tiant sociam exinde oritur indicium moraliter certū
quod plenæ probationes in criminibus exceptis &
suapte natura occultis æquiparantur.

NB. Denuntiationes sagarum vt pote persona-
rum infamium, quantumuis multiplicatæ, si solæ
sint, & non aliis testimoniis aut grauioribus indiciis
confirmatæ, non sufficiunt ad condemnatoriam sen-
tentiam.

Consuetudo apud Christianos obtinet, vt Rei ad 28
ignem damnati non tanta morte crucientur nisi im-
penitentes decedant.

Crimina morte extinguuntur, nisi excepta sint, vt 29
hæresis, veneficium. Hinc secundum consuetudi-
nem sagæ confessæ morientes in carcere combu-
runtur.

Saga in carcere prius mortua, quam crimen con- 30
fessæ, vel de eo conuicta sit, si nihil aliud obstat in lo-
co facto sepeliri debet, sed si sibi ipsi necem inferat,
cremari potest, etiamsi ante discessum pœniteat &
communicet; quia sacramentalis pœnitentia foro ex-
terno nihil præiudicii adferre solet.

Quæ de crimine conuictæ non fuerunt, nec con- 31
fessæ non debent post mortem publicâ sententia in-
famari.

Sacra Eucharistia & sacra sepultura sagis negari 32
non

Vu / non

nō potest, etiam iudicio adhuc pendente si in carcere decedant: Ratio: Cui sacramentum poenitentiae datur, neque viaticum negandum est, id etiam locum habet in muliere confessa in tortura, sed retractante quia non constat illā esse in mortali, sacramenta autem negari non possunt vlli nisi constet illum esse in statu peccati mortalis.

NB. Si saga post confessionem sacramentalem palam dixit, se innocentem esse, communio illi neganda est propter scandalum quia publicè praesumitur mendax, pertinax, secus si in secreto coram confessario, tunc enim, vt supra dixi, communicari poterit.

Quoad sepulturam negari illa illis non potest, qui iudicio adhuc pendente moriuntur, ratio; quia consuetudo illa denegandi sepulturam maleficis, licet ante mortem sacramento muniti sint, locum tantum habet in damnatis, vel quorum memoria etiam potest morte damnari; horum autem, qui crimen necdum confessi memoria damnari non potest. Ergo. Cæterum si contra mulierem crimen magiae per se ueranter negantem indubitata indicia adsint, improbari non potest praxis, vt ipsi mortui propter violētā praesumptionem criminis sacra sepultura negetur, sacramentum Eucharistiae illi tamen negari non potest, quia iudicia fori externi non debent transferri ad internum.

- 33 Sacra Eucharistia ad sagas & alias eiusmodi personas cum minori solemnitate est deferenda, tamen non omnino clam, exequias etiam & sacrificia celebrare licet pro condemnatis.

os (?) os



CAP. VI.

De Appellatione.

Appellatio est prouocatio à sententia vel alio superioris grauamine ad alium maiorem iudicē, tanquam remedium innocentiae non ad defensionē iniquitatis institutum, quare si causa appellantis notoria appellationi deferenda non est: Item si contra absentem ob veram contumaciam sententia lata sit appellans ab ea non auditur.

Ab arbitris appellari non potest, si partium consensu electi fuerunt neq; à summo Principe. Deniq; in eadem causa non magis bis appellare concessum est, tertio autem appellans non auditur.

Duplex est appellatio, primo Iudicialis (instituitur de his, quae circa iudicium accidunt, quantumvis civili iure non nisi à sententia definitiua appellari possit, non item ab interlocutoria praeterquam si eius grauamen per appellationem à definitiua reparari non possit.) Secundo Extraiudicialis appellatio est, quae extra iudicium interponitur ob aliud quodcumque grauamen illatum vel inferendum, vt si alteri beneficium collatum sit in meum prauiudicium.

Appellatio intra decem dies à lata sententia vel alio grauamine fieri debet, quamuis à grauamine extraiudiciali cum id in rem iudicatam non transeat grauatus etiam post decennium audiat si per modum querelae (tanquam remediū iuris communis & ordinati) superiore a deat, officium eius implorādo, sed sententia in iudicio lata si intra decem dies per appellationem suspensa non fuit, transit in rem iudicatam siquidem facit authoritatem rei iudicatae & tribuit ius plenum parti litigantis

ganti: nisi de iniquitate sententia certo constat iuxta
reg 207. ff. *Res iudicata pro veritate accipitur.*

NB. Sententia in causa matrimoniali etiam post
decennium non transit in rem iudicatam, quia in his
agitur de vitando peccato unde conuix si assensit
pro valore multitudinis lata velit appellare, semper
audiri debet, vel si appellet à sententia lata diuorti
ostendendo nullum subesse impedimentum,

- 5 Appellatio si rationabili causa nititur producit
effectum suspensiuum & deuolutiuum; Effectus sus-
pensiuius præcipuè locum habet in appellatione iu-
diciali, præsertim quæ est à sententia definitiua; illa
enim omninò suspendit iurisdictionem in iudicis quo-
ad illam causam. Deuolutiuus autem effectus in eo
consistit, quod Iudex, ad quem appellatur, priorem
iudicem adhibere & ad se deuolutam causam ipse
definire ac cognoscere possit.

NB. Declaratoria sententia per quam iudex ali-
quem pronunciat in excommunicationem incidisse
se per appellationem suspendi solet.

- 6 Literæ appellationis quæ vulgo Apostoli dicuntur
intra decem dies à die latæ sententiæ instantè
petendæ sunt à Iudice, à quo appellatur ad eum, qui
de appellatione cogniturus est, alioquin, qui appel-
lauit censetur appellationi renunciaisse, & harum tres
sunt species. Dimissoriæ (quibus iudex appellationi
desert & causam ad superiorem ablegat.) Refutati-
uæ (quibus appellationi non desert, sed iniquam as-
ferit.) Reuerentiales: (quibus desert quidem, sed non
tam ob meritum causæ, quam ob reuerentiam su-
perioris ad quem appellatur.

NB. In appellatione extra iudiciali instituta ob
grauamen illatum vel inferendum etiam Apostoli
peti so-

peti solent, si sint, qui eos dari possit; aliàs non : Si quis in presentia iudicis appellare non possit concessum est, appellare coram Notario & viris honestis.

Tempus totum exercendæ & finiendæ appellationis annus est : sin impedimentum incidet biennium, inter quod tempus appellans curare debet, vt causa apud iudicem appellationis terminetur; alioquin sententia prioris Iudicis transibit in rem iudicatam si appellatio fuit iudicialis.

Iniuste appellans ad expensas litis & alia damna aduersario illata obligatur resarcienda.

Iudex suspectus canonico iure recusari potest ac peti, vt arbitri partium consensu statuatur.

NB. Appellationis similis est querela simplex, quæ ad superiorem defertur ob denegatam instantiam modo causa cœpta non sit, si cœpta locus erit appellationi.

NB. Regularibus denegatur appellatio (nisi manifestum sit eos à Prælatiis grauari) ne eius prætextu à Prælatorum suorum obedientia subducantur.

TITVLVS QVARTVS.

De Virtute & statu Religionis.

NB. Religio sic dicta est, quia nos Deo vinculo pietatis adstringit ac religat de eo, vt supremo omnium Domino cultum & obsequia nostra deferamus.

NB. Religio non est virtus theologica, quia ille directe versantur circa Deum, vt obiectum, quid in credendo, sperando, amando; sed religio versatur circa exhibitionem cultus diuini adeoque hominis

Vu 3 actionem,